epistolâ impulit. Ita quidem Porphyrogenitus in Basilio, et ex eo Græci scriptores. At Latini, Erchempertus scilicet et auctor Chronici S. Vincentii, evocatum tradunt Ludovicum a Capuanis et Beneventanis, *Beneventi fines per Soram ingressum, Capuaque, cujus princeps rebellaverat, expugnata, anno sequenti, multis fultum auxiliatoribus Barim perrexisse, ac cum prædivo Sangdam Augustalem exercitum pugnam commississe, fudissequ Saracenos : deinde Materam expugnasse ac Canusium ; revessum denique Beneventum, cum Soraceni ad extremilatem pervenissent, misso exercitu Barim cepisse, capto in ea Sangdane esset (ul effero Rege) cum aliis satellitibus ejus.* Similia narrat Leo Ostiensis, lib. 1, cap. 28, qui expeditionem Ludovici in annum 866, conjicit, Barimque quatuor annis ab eo obsessam ait, sed Ludovicum Basili coqis maritimis, terrestres suas adjunxisse, unaque et simul Barim obsedis par est credere, siquidem verum, sit capta a Ludovico Bari die tertia Febr. anno 868, ind. 1, ut est apud Lupum Protospatham et anonymum Barensem, civitatem ipsam Basilio, soldanum vero Ludovico in belli præmium cessisse, ut disertè habet Porphyrogenitus : καὶ τὸ μὲν κάστρον Βάρειως καὶ τὴν ἀρχιμαλωσίαν πᾶσαν ἀνελάβετο ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων : τὸν δὲ σολδανὸν καὶ τοὺς λοιποὺς Σαρακηνοὺς ἀνελάβετο Δολοῦχος ὁ ῥήξ Φραγγίας καὶ ἀπήγαγεν αὐτοὺς ἐν αἰψ κάστρῳ Βενεβίνδου. *Et urbem quidem Barin, totamque regionem ac prædam universam sibi habuit imperator Romanorum ; soldanum autem cum cæteris Sarucenis rex Franciæ Ludovicus, et Beneventum auxilium.* Verum an ista fidem omnino mereantur, dubium facit quod tradunt iidem Erchembertus, auctor Chronici S. Vincentii et Protospatha, demum scilicet Barim ingressos Græcos post excessum Ludovici, ut a Saracenis, quorum vires quotidie invalescebant, sese tutarentur. Erchempertus, cap. 29, et Chronicon S. Vincentii : *Hoc audientes qui Bari residebant, Gregorium Bajulum imperatorem Græcorum, qui tunc in Ydronto degebat, cum multis exercitibus ob Saracenorum metum Barim introduxerunt : qui statim apprehensum Castaldeum, illiusque primores Constantinopolim misit, quibus jurejurando fidem dederat.* Quod in annum 874, ind. 8, rejiciunt Protospatha et anonymus Barenensis, proinde post excessum Ludovici, qui Ravennæ diem extremum clausit 13 Augusti anno 874. Quod de soldani risu, et ut a Capuanis et Beneventanis, libertatem adeptus fuerit, hoc loco tradit Zonaras, Porphyrogenitus pariter et Cedrenus commemorant. At quod addunt Ludovico a venatione revertenti Beneventanos portas occlusisse, non omnino Erchempeati narrationi convenit : ita enim ille cap. 34 : *Quibus ita patratiss, (capta scilicet Bari) videns diabolus suos eliminari, Christoque universa restaurari, et damna inferni dolens suo instinctu ceperunt Galli graviter Beneventanos persequi, ac crudeliter vexare. Qua de re et Adalgisus princeps (Beneventanus) adversus Lodovicum Augustum erectus cum suis Beneventi infra manis degentem, ac secure quiescentem astu doloso sanctissimum virum, salvatorem scilicet Beneventanæ provinciæ, cepit, et custodiis mancipavit, bonaque ejus diripiens, ditatus est, cunctosque viros exercitales*

'Αγαρηνοί, πολλὰ μὲν ἄλλον πολιέματα, τέλος δ' ἔπολιόρουν καὶ τὸ 'Ραγούσιον (77). Στέλλουσιν οὖν οἱ 'Ραγούσιοι πρεσβείαν πρὸς τὸν βασιλέα Βασιλείον, ἐπικουρίαν παρ' αὐτοῦ ἐξαιτούμενοι, καὶ ὅς ἐκπτόν αὐτοῖς πολεμιστηρίους νῆας ἐκπέμπομεν, ἃς ἐπιέναι σφίσι μαθόντες οἱ πολιορκοῦντες 'Αγαρηνοί, λύσαντες τὴν πολιορκίαν τοῦ 'Ραγούσιου τῆ Δογγιβαρδία προσέβαλλον, καὶ τὸ ἄστυ τῆς Βάρως ἄλλον, καὶ τούτῳ κεχρημένοι ὀρμητηρίῳ, πάσης τῆς

Variae lectiones et notæ.

*exspoliavit et fugere compulit.* His consimilia habent Leo Ost. lib. I cap. 38, et auctor Cironici S. Vincentii de Vulturno, p. 696. Unde patet Ludovicum custodiæ mancipatum ab Adelgiso, ex qua, *infra quadraginta dies innumerabili Saracenorum exercitu ab Africa adveniente*, tandem dimissus est, ait Leo Ostiens. Paulo aliter rem recitat auctor *Annalium Francorum Metensium*. an. 871: *Adalgisus imperatorem destitutum suorum viribus cernens, jamdudum conceptam iniquitatem parturit. et cum sui fautoribus palatium, in quo imperator meridie quiescebat, occupare nititur. Imperator clamore irruentium excilatus, lecto desilit, arma corripit, et cum perpaucis corporis sui custodibus ad ostium domus turbatus procedit, aditumque ferro intercludens, hostem a liminibus arceat. Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus esse penetranda, ab introitu pedem retrahit, palatiumque flammis exuri jubet. Inlezea imperator dextris sibi dari petit, pacemque obnixè deposcit. Cui responsum est, non aliter petita impetraturum, nisi prius iurejurando promitteret, nunquam se diebus vitæ suæ Beneventi fines intrarurum, neque pro calumnia, quam tunc patiebatur, vindictam aliquando exacturum. Allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus, sacramentum quod ab eo exigebatur juravit, statimque postero die a Benevento exiit.* Mox narrat ut anno sequenti Ludovicus Romam venerit, et a Joanne PP. a sacramento absolutus, Adelgisum tyranum denuntiatam in Corsicam fugere compulerit, ac tandem Ludovicus anno 874 vitam finierit: quo loco illius pietatem cæterasque auium dotes brevi elogio perstringit. De Ludovici captione similia habet Leo Ost. lib. I. cap. 38 ubi de Capua a Saracenis obsessa, et a Ludovico fuis ibi Saracenis quædam, nihil tamen de legato Basilii ad Capuanos misso, de quo Zonaras commemorat. Sane dimisso Ludovico, soldanum et ipsius assecras Anosum et Abadelbachum, ac imperatoris thesaurum sibi retinuisse Adelgisum diserte cum Zonara tradunt Erchempertus, cap. 28, et auctor Chronici Sancti Vincentii de Vulturno, et Sangdanem libertate donatum fuisse satis innunt. Adde præterea *Annales Francorum Bertinianos*, ann. 873, Regionem et Hermannum Contractum. Fuit porro Ludovici Pii nepos, cuius nomen varie effertur a scriptoribus Græcis: Δολίγος enim nuncupatur Porphyrogenito, lib. *De administ. imp.* cap. 29 et Scylitzæ, Λοδοῦγος, eidem Porphyrogenito, lib. *De them.* cap. 14. Enimvero, ne ab Italia, quam semel ingressus sum, discedam, extincto Radelgiso Adelgisi filio, *Radelgis filius princeps est constitutus, qui tribus vix annis imperans, a Beneventanis ejectus est, et Ajo fruter ejus (Adelgisi) loco illius subrogatus est.* Ita quidem Erchempertus et auctor Chronici S. Vincentii, p. 698. De Ajone principe Beneventano, qui Ἀγιών Zonaræ, et Leoni Grammatico et auctori *Chronici principum Beneventi et Salerni Ἀγγαίων* Scylitzæ, Ἐγιών, anonymo Combesisiano n. 6, dicitur. Principatum autem iniiit ille an. 884, obiitque an. 890, ut est apud Lupum Protospatham. Audita Ajo Basilii morte, reliquas, quæ Græcis

A recepta legatione, supplicibus et classe illa, et per Francorum regem opem tulit: a quo per litteras petiit, ut Romanis legionibus in bello Agarenico adesset, ab iisque Agarenorum exercitu devicto, eorum princeps, quem sultanum vocant, captus, et a rege Capuam perductus. Ubi cum biennium versatus esset: nunquam a quoquam risisse visus est, ut rex miratus, diceret se ei qui Barbarum risisse nuntiarat, præmium daturum. Quem cum quidam

in Longorbardia parebant, urbes, posthabitis quæ cum Græcis pepigerat fœderibus, suo asseruit imperio, quod in annum secundum Leonis Philosophi conjicit Scylitzes, p. 595, qui est Christi 887, quo quidem anno imperabat Occidentis Carolus cognomento Crassus, cuius gener fuisse dicitur Ajo Zonaræ et Scylitzæ, vel certe regis Franciæ, quisquis ille fuerit: Ὁ δὲ Λογγιβαρδίας δούξ Ἀγιών τοῦ Πηγὸς Φραγγίας τυγγάνων γαμβρός. Sed sive gener hoc loco sumatur pro filiæ marito, sive pro affine, ut interdum hanc vocem a Græcis prinde ac Latinis usurpatum ostendimus in notis ad Alexiadem, affinitatem hanc omisere scriptores Francici. Ut porro Ajo in Græcos insurrexerit. recitat Erchempertus, cap. 66. *Idem Ajo adversus Angustale dominium rebellionis jurgium iniiavit.* Mox cap. 71, ut Ajo, Bari Græcis erepta, *Græcos impugnantem se impugnaverit* commemorat. Annum vero captæ Baris notat Protospatha: *Anno 886, facta fuit proditio in Baro mense Junii, quando princeps (Ajo) fecit prælium cum stratigo Trapezi et Græcis.* Qui vero Trapezi hic nominaur, is est Constantinus patricius Ἐπί τῆς τραπέζης, seu præfectus regiæ mensæ, quem cum Occidentalibus legionibus contra Ajonem misit Leo Augustus; dignitas enim τοῦ Ἐπί τραπέζης apud Byzantinos eadem fuit quæ apud nos dupiferi et senescalli, quem præfectum regiæ mensæ vocat Eginhardus in Vita Caroli M. *magistrum regiæ mensæ* monachus Sangallensis, lib. II, cap. 9 cuius præter Codinum meminit Porphyrogenitus, *De adm. imp.* cap. 51. At cladem, quam Zonaras, Scylitzes, anonymus, et Leo Grammaticus passum Constantinum narrant, prorsus reticent scriptores Longobardi, nisi forte extiterit in eo prælio quod cum illo iniiit Ajo post captam Barim. de quo Protospatha. Sed et Græcos ab Ajone primum superatos, dehinc a Constantino patricio adeo profligatum Ajonem ipsum, ut Barim reverti vix ei licuerit, recitat Erchempertus cap. 76: *Ajo denique a Benevento per Sipontum Barim profectus, super quam Constantinum Augustorum aulicum et patricium insidentem reperit, rebelles imperatorum viriliter impugnantem: adversus quem dictus Ajo fultus auxilio Ismaelitarum, et vallatus agmine pedestrium Apuleiensium audacter insurgens primo impetu victor existens, de hostibus plures interfecit: deinle a Constantino, qui cum tribus milibus equis tuto considebat in loco, valide contritus, vix cum aliquot urbem ingredi valuit Barim, reliquis aut gladiis aut captivitatē traditis.* Tandem, ut ait idem Erchempertus cap. 80, *Ajone obsesso infra urbem u Græcis — legatus suos ad Constantinum patricium destinavit, qui residebat supra dictam urbem, et cum eo pacem faciens urbem remisit, et ad propria remeavit.* Sic igitur Baris rursum in Græcorum potestatem venit, expulso Ajone a Constantino patricio, donec a Guiscardo iis adempta est, ut narrat Leo Ost. lib. III, cap. 44. Hæc porro fusius prosecuti sumus, quod historiam Francicam quodammodo illustret.

(77) Ἐραγούσιον. Quod Παοῦσιον vocat Constantinus Porph., *De adm. imp.* cap. 29, ex Ital. Rasso.

semel risisse nuntiasset, accersito sultano, risus causam quæsit? At ille : *Rotas currus (inquit) vidi, quarum cum altera terræ incumberet, altera sursum tolleretur : mox ea quæ sublimis fuerat, depressa : quæ humilis, in altum elata est. Unde conjectura capta, res humanas etiam eodem modo moveri et transferri, in risum erupi : posse fieri cogitans, ut et mearum rerum idem status esset : ac me, quemadmodum e sublimi sum humi depressus, sic ex humili loco in altum elatum, sublimem fore.* Rex et veritate orationis considerata, et soldani ob fortunæ commutationem misertus : eum liberius habitum in familiaritatem suam ascivit, et ejus ut viri prudentis consiliis usus est. Is vero, homo callidus, regem dolo circumvenit. Nam cum Capua et Benevento recens potitum vereri cognovisset, ne eæ urbes de vindicanda libertate cogitarent : *Si, inquit, imperium istarum urbium firmum habere studes : cives clariores alio transfero. Nam vulgus per se, nobis rebus non studebit.* Id consilium rex sibi utile futurum ratus, exsequi statuens, clam vincula ferrea fabricabatur. At improbus ille vir, cum utriusque civitatis principibus colloquens, atque in eorum familiaritatem sese insinuans, secreto dicit, regem in animo habere primarios cives vinctos in suam transferre regionem. Quod vere a se dici, illud argumento esse quod ferreas catenas, manicas. aliaque vincula fabricaretur. Id illi cum verum deprehendissent, hominem sibi bene velle opinati, regi venatum 171 egresso portas clauserunt. Is igitur non admissus domum rediit. Sultanus autem a civibus libertate remunerationis ergo accepta, pristinoque imperio recuperato, iisdem Capuanis et Beneventanis bellum infert. Qui cum obsidione urgerentur, per legatos

A Λογγοβαρδίας ἐκράτησαν. Γνόντα δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, τὰ παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν τούτων, ὡς εἰρηταίως πιεζόμενα, τὸ γεγονός κατὰ τὸ Ῥαγούσιον, καὶ ὅτι τὴν ἐκ βασιλείως συμμαχίαν δεισαντες οἱ πολέμιοι, τῆς πολιουργίας ἀπέστησαν, πρεσβεύουσι καὶ αὐτοὶ συμμαχίαν αἰτοῦντες, καὶ ἑαυτοὺς τῇ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ὑποτιθέμενοι. Καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν πρεσβεῖαν προσήκατο, καὶ ἐπεκούρησε τοῖς αἰτήσασιν διὰ τε τοῦ προειρημένου στόλου καὶ διὰ τοῦ Φράγγων ἔτηγός (78) Ἐπέστειλε γὰρ ἐκεῖνον, συνεπιλαβέσθαι τοῦ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πολέμου τῶν τῶν Ῥωμαίων στρατεύματι, ὑφ' ὧν ἡ τῶν Ἀγαρηνῶν κατεπολεμήθη στρατιά, καὶ ὁ ἀρχηγός αὐτῶν ἔαλω σουλδάνος καλούμενος, ὃν ὁ Ῥῆξ τῶν Φράγγων ἐν Καπύῃ ἀπήγαγεν. Ὅπῃ δὲ διατρίψας ἐν αὐτοῖς, οὐκ ὤφθη παρὰ τοῦ μειδιάσας οὐδέποτε, ὥστε τὸν Ῥῆγα θαυμάζειν, καὶ εἰ τις ἀπαγγέλλειεν αὐτῶν γελῶντα τὸν βάρβαρον, δώσειεν τι ἐπαγγέλλεσθαι τῆς ἀγγελίας μισθόν. Εἶπεν οὖν τις ποτε ἰδεῖν τὸν σουλδάνον γελῶντα. Καλέσας οὖν τὸν βάρβαρον ἡ Ῥῆξ, τὴν αἰτίαν τοῦ γέλωτος ἤρετο. Ὁ δὲ, Τροχός (79) εἶπεν ἀμύξης ὅρῳ, ὡν τὸ μὲν πρόσγειον ἦν, τὸ δ' ἤρτο μετέωρον, εἶτα τὸ μὲν μετέωρον κείτοεν πρὸς γῆν, τὸ δὲ πρόσγειον μετώριστο. Οὕτω δ' εἰκάσας καὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα κινεῖσθαι καὶ μεταφέρεσθαι ἐξεγέλασα, λογισάμενος ὡς οὐκ ἀδύνατον οὕτω διατεθῆναι καὶ τὰ κατ' ἐμαυτὸν, καὶ ὡσπερ ἐξ ὕψους κατηνέχθη ἐν ταπεινότητι, οὕτως αὖθις ἴσως ἐκ χθαμαλότητος εἰς ὕψος ἐπαρῆται καὶ γενέσθαι μετάρσιος. Ταῦτα μὲν εἶπεν ἐκεῖνος. Ὁ δὲ Ῥῆξ, καὶ τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν εἰς νοῦν εἰληφώς, καὶ τὸν σουλδάνον τῆς μεταβολῆς κατοικτεῖρας, ψικεῖωσάτο τε αὐτὸν καὶ παρῆρησας μετέδωκε, καὶ συνετὴν τὸν ἄνδρα ολόμενος, ἐκοινώνει καὶ βουλευμάτων αὐτῶν.

#### Variae lectiones et notæ.

(78) Φράγγων ῥηγός. Fuit is, ut supra dixi, Ludovicus II, imp. Lotharii imp. filius, cujus uxor fuit Ingelberga, ducis Spoleti filia Utriusque meminit Nicetas Paphlago in Vita Ignatii pat. Constantinopol. scribens Photium patr. Constantinopol. Adhuc superstite Michaelē Theophili filio, cum in Nicolaum papam anathema pronuntiasset, sollicitasse missis muneribus Ludovicum Ῥῆγα τῆς Φραγγίας, καὶ Ἑγγεβέργαν αὐτοῦ γαμετήν, ut Nicolaum e sede sua expellerent, imperatores, si id exsequerentur, Constantinopoli creatum iri pollicitum : quod ii statim totis ulnis amplexi fuerint. Id ipsum refertur in appendice ad concilium in Constantinopolitano, cap. 2 ac Photium in concilio ab eo coacto contra Ignatium et Nicolaum PP. Ludovicum imperatorem, et Ingelbergam Augustam acclamasse : Οὕτως οὖν πλαστογραφῆσας ἰδιοχείρους πάντων ὑπογραφῆς, ἀνηγόρευσε καὶ ἀνευφύμνησεν εἰς τὴν ἀναπλασθεῖσαν αὐτῶν συνόδον βασίλειαν τὸν Λοδόγηγον, καὶ τὴν Ἑγγεβέργαν Αὐγουστάνην πρὸς ἡν καὶ γέγραπεν ἐπιστολὴν εὐφημίας πεπληρωμένην, ὡς ἀξιοθεῖσαν ἀναρῆσθαι ἐν οἰκουμένῃ, ὅθεν συνόδῳ τῇ Πουλχερίᾳ παρακλησίᾳ, ὡς ὤφειτο. Καὶ κατηντιβόλει καὶ κατεκτεῖναι παραπέμψαι τὸν ἴδιον σύζυγον Λοδόγηγον, ἀπεῖρξαι τῆς Ῥώμης τὸν πάναν Νικόλαον, ὡς ὑπὸ συνόδου καθήρημένον οἰκουμένικῆς καὶ καθολικῆς, ἧς τὸ ἴσον καὶ πρὸς αὐτὴν ἐξάπαστε λα

μετὰ δώρων. Sed deturbato paulo post ipso Photio, res in vanum abiit, Basilio post necem Michaelis imperium adeptο, cujus amicitiam Ludovicus, quamdiu vixit, videtur coluisse : nam non solum Ragusinos contra Agarenos, Basiliū hortatu, copiis suis juvit, ut scribit Zonaras ; sed etiam legatos suos Constantinopolim misit, cum concilio contra Photium coactum est, qui in eo una cum Michaelis Bulgariae regis legatis consedere, ut docemur ex actione 9 ejusdem concilii.

(79) Ὁ δὲ Τροχός. Simile quid narrat Theophylactus Simocatta lib. vi *Histor. Mauric.* cap. 11, et ex eo Theophanes ann. 13 ejusdem Augusti, de rege quodam a Sesostri Aegyptiorum rege captivo facto. Cum enim ex devictis regibus, quatuor selegisset Sesostri qui currum, quo triumphum ducens vehabatur, equorum more traherent, alter ex iis cunctari visus est, dum crebro retro conversis oculis rotæ volubilitatem contempleretur. Rex vero toties respicientem compellans : Quid est, inquit, bone vir, quod oculos in tergum toties retorques ? cui ille respondit : Τεθαύμασα τῶν τροχῶν τὰ κινήματα· ἀνώμαλον ἔχει τὴν κίνησιν· τὰ τοῖνον τούτων μέρη μετεωρούμενα, αὖθις καταχθόνια γίνονται, καὶ ἐμπάλιν τὰ περιπέτετα μετὰ τοῦτο ἀνωρίζεται. Quibus auditis Sesostri aiunt ad modestiam correctum esse, mandasseque denuo iunctis mulis a collo regum juga demi.

Ὁ δὲ, περίεργος ὢν, δόλῳ τὸν ῥήγα μετέρχεται. Ὁ μὲν γὰρ ῥήξ τὴν τε Καπύην καὶ τὴν Βενεβενδὸν τὰς πόλεις νέον κτησάμενος ἐδεδοίκει περὶ αὐτῶν, μὴ ποτε τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιήσωνται. Ὁ δὲ Βάρβαρος ἐκεῖνος τοῦτ' ἐγνωκῶς πρόσεισι τῷ ῥήγι, καὶ φησιν· Εἰ βούλει σοὶ τὴν τῶν πόλεων τούτων ἀρχὴν βεβαίαν προσεῖναι, τοὺς λογιμωτέρους κατὰ ἐν αὐταῖς μέταγε ἀλλαχοῦ, καὶ οὐκέτι τὸ πλῆθος καθ' ἑαυτὸ γεγονὸς, οὐδὲν φρονήσει νεώτερον. Συνοίσουσαν οὖν τὴν συμβουλήν ὁ ῥήξ οἰηθεὶς, ἔθετο τῷ σκοπῷ, καὶ ἀτυφανῶς δεσμὰ ἐχαλκείοντο. Εἶτα καὶ τοῖς ἐξόχοις τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ὠμίλει ὁ πονηρὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ ὡσπερ φιλικώτερον προσεθέτετο, καὶ ἐν ἀπορρήτοις λέγει αὐτοῖς ὡς ὁ ῥήξ βούλεται τοὺς ἀξιολογωτέρους τῶν πολιτῶν ὑπὸ δεσμοῖς ποιησάμενος εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν μεταγαγεῖν, καὶ πίστις, ἔφη, τῶν λόγων τὸ τὰς σιδηρέας ἀλύσεις χαλκεύειν καὶ χειροπέδας, καὶ ἄλλα δεσμὰ. Τοῦτο τοίνυν ἐκαίνοι ἀληθῆς εὐρηκότες, εὐνοεῖν αὐταῖς αὐτὸν ὑπειλήφασιν, καὶ ἐξελθόνει πρὸς κυνηγέσιον τῷ ῥήγι τὰς πύλας τῶν πόλεων ἐπεζύγωσαν, καὶ οὐκέτι τοῦτον ἐντὸς εἰσεδέξαντο. Καὶ ὁ μὲν ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν ὁ δὲ σουλδάνος παρὰ τῶν πολιτῶν ἐκείνων ἀντιμισθίαν εὔρατο τὴν ἐλευθερίαν. Ἀπελθὼν οὖν καὶ τὴν προτέραν ἀρχὴν αὐθις κατακτησάμενος, ἐκστρατεύει κατὰ τῶν εἰρημένων πόλεων τῆς τε Καπύης καὶ τῆς Βενεβενδοῦ. Οἱ δὲ, τῇ πολιορκίᾳ πιεζόμενοι, στέλλουσι πρὸς τὸν Ῥήγα, συγγνωμονήσαι σφισι, καὶ συμμαχῆσαι θερμῶς ἐξαιτούμενοι. Ὡς δ' ἐκεῖνος τὴν πρεσβείαν οὐ προσήκατο, ἐπιχαίρειν εἰπὼν τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν, πρὸς τὸν βασιλέα Βασίλειον ἐτέραν πρεσβείαν ἐστάλακται, παρακαλοῦντες ἐπαρῆξαι αὐτοῖς κινδυνεύουσι. Καὶ ὡς ὑπέσχετο, καὶ ὁ πρεσβευτὴς ἐπανήει θαρρῆειν παρεγγυήσων τοῖς συμπολίταις αὐτοῦ. Ἐάλμ' ὁ ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ μαθὼν ὁ σουλδάνος ὅτι τὸν ἦν, καὶ οἷα κομίζει τοῖς ἀστοῖς εὐαγγελία, φησὶ πρὸς αὐτόν· Εἰ ζῆν ἐθέλεις, ἀπαγορεύσαι τὸν βασιλέα τὴν συμμαχίαν τῷς πέμψασε σε ἀπάγγελον ἐκ τοῦ τείχους προκύπτουσι. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω ποιήσεις, ἴσθι αὐτίκα δὴ τεθνηζόμενος. Ὁ δὲ συνέθετο ποιήσιν ὡς ἐνετέλλετο, καὶ στὰς πρὸ τοῦ τείχους δεσμιος κατεχόμενος, ἔφη καὶ τὴν πρεσβείαν ἀνῦσαι, καὶ ἤξειν ὅσον ἤδη ἐκ βασιλείως βοηθειαν. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα λέγων, τοῖς ξίφεσι κατετέμνητο. Ὁ δὲ σουλδάνος, ἀπελπίσας τὴν τῶν πόλεων ἄλυσιν, ὑπεχώρησε. Καὶ ὁ τῆς Ταρσοῦ δὲ ἀμηνῶς Ἑσμὰν μετὰ πλοίων μεγάλων, ἃ κουμπάρια τοῖς ἐκ τῆς Ἄγαρ ὠνόμασται, τῇ πόλει τοῦ Εὐρίπου προσέβαλεν· ἤνυσσε δὲ οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς τε ἀπώλετο καιρίως πληγείς, καὶ τὸ πλεον τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ. Ἀλλὰ μέντοι καὶ ὁ τῆς Κρήτης κρατῶν Σαήτ ὁ Ἀπόκαψ, ἕτερον στόλον ἐτοιμασάμενος, Φώτιον τινα δραστήριον ἄνδρα τούτῳ ἐπέστησεν, ὡς τὰ τε παράλια τοῦ Αἰγαίου, καὶ τὰς νήσους ἐκάκου. Ὁ συνατήσας ὁ τῶν Ῥωμαίων στόλος, οὗ ναύαρχος ἦν ὁ τῶν πλωμένων δρουγγήριος ὁ πατρικίος Νικήτας ὁ Ὁωρύφας (80), πολλὰς μὲν τῶν πολεμίων νεῶν τῷ ὑγρῷ πυρὶ ἀπετέφρωσε, καὶ τοὺς ταύταις ἐμπλέοντας, πολλοὺς δὲ μαχαίρας ἔθετο ἔργον, καὶ πλείους ὑποβρυχίους ἐποίησεν. Ὅσοι δὲ τὸν πολυειδῆ τοῦτον ἔφυγον κίνδυνον, αἰσχυρῶς ἀποδράντες ἐσώθησαν. Οὐκ ἠγάπων μέντοι σωζόμενοι· πειρατικὰς δὲ νῆας ἐτοιμασάμενοι τὴν Πελοπόννησον καὶ τὰς ἐκεῖ κπτέρεχον νήσους. Ἀλλ' αὐθις αὐτοῖς ὁ ῥήθεις τοῦ στόλου δρουγγήριος ἐπισει· τῷ γὰρ λιμένι προσορμίσας τῶν Κεγχρεῶν, καὶ τὰ πολέμια πλοῖα παρὰ Μεθώνην καὶ Πύλον καὶ Ἠάτρας ἐμφιλοχωρεῖν ἐγνωκῶς, διὰ τοῦ κατὰ Κόρινθον ἰσθμοῦ ταχέως διαγαγὼν τὰς τριήρεις ἐν τῇ ξηρᾷ, ἐπιτίθεται τοῖς πολεμίοις ἀνωῖσι, καὶ τῷ ἀνεπίστῳ ἐκπεπληγμένων αὐτῶν,

## Variæ lectiones et notæ.

(80) Νικήτας ὁ Ὁωρύφας. Nicetas Paphlagoni Ὁωρύφας. Is est Nicetas patrioſius, cujus meminit

Ludovicus II imp. in Epist. ad Basilium imp. Constantinopolit. ubi *Hadriatici servator* dicitur.



τὰς μὲν τῶν ληστρικῶν νηῶν ἐπορπόλησε, τὰς δὲ καὶ αὐτάνδρους κατέδουσε, καὶ αὐτοῦ τῶν πολεμίων ἐξηγουμένον Φωτίου ἀναيرهθέντος. Οὕτω μὲν οὖν ὁ καὶ τῶν Κρητῶν ἀπώλετο στόλος.

**172** X. Verum ex Africa aliæ naves sexaginta A ingentes Romanis provinciis vastandis usque ad Cephalleniam et Zacynthum processerunt. Contra eas Narsæ classis præfectus missus est. Sed cum multi ex remigibus fugam cepissent, et triremes semivacue essent : navarchus ita cum hostibus non congregiendum esse ratus, casum illum ad imperatorem refert, et desertores inquisiti, ac cito reperti sunt. Ut autem terrorem incuteret nautis, nec ullum tamen Christianorum supplicio afficeret : triginta captivos Agarenos carcere noctu extractos, fuligine inungi ne agnoscerentur, flagrisque cæsos per forum circumduci, et in Peloponesum perductos palis affligi jussit. Quo facto classarii perterriti, noctuque hostes aggressi profligarunt, aliis cæsis, aliis captis. Deinde in Siciliam quoque transvecti, urbes Carthaginensibus obnoxias vexarunt et vastarunt. Cæterum Mesembriaci Arabes, cognito Romanæ classis otio navibus advecti, Phœnicis et Syriæ oram infestarunt. Basilius enim cædem Michaelis decessoris sui expiaturus, multis in locis urbis regis cœlestis militiæ principi Michaeli nova templa, atque in ipsa regia magnificentiam et sumptuosam ædem, Novæ Ecclesiæ indito nomine, construxit. Nautis igitur his substructionibus occupatis, cum eorum terga a tollendis oneribus nunquam vacarent, cum manus in cophinis occupatæ essent, classis otiosa fuit. Qua de causa Agareni oram maritimam impune prædabantur. Neque vero illam duntaxat infestarunt, sed Syracusas etiam devastarunt, imperatore nautas edificacionibus defatigante, qui etiam Eliæ Thesbite, C quem eximia veneratione colebat, ædem exstruxit, fore sperans ut ab eo, curru igneo, in cælum tolleretur. Tamen Syracusarum captivitate et reversione cognita, misit qui nefariis Agarenis resisterent : sed nihil profecit. Deinde Nicephorum Phocam, ejus Phocæ qui post imperavit, avum, cum justis copiis ablegavit, virum fortissimum, et rei militaris peritissimum, qui Agarenos sæpe profligavit. Dum autem Basilius imperator Theophiliti, ut supra dictum, est, adhuc inserviret una cum illo Peloponesum descendit, et templum Andreæ est ingressus, in quo **173** degebat mona-

— Ἐξ Ἀφρικῆς δ' αὖθις ἕτεραι νῆες ἐξήκοντα πεμμεγέθεις ἐξώρησαν, καὶ τῇ ὑπὸ Ῥωμαίους καὶ αὐτῶν ἐλυμαίνοντο, καὶ μέχρι Κεφαλληνίας καὶ Ζακύνθου προήλθοσαν. Στέλλεται τοίνυν ναυτικὸν κατ' αὐτῶν, ναυαρχοῦντα τὸν Νάρσαν ἔχον. Πολλῶν δ' ἐκ τῶν περὶ τὴν εἰρεσίαν πονούντων ἀποδραστάντων, αἱ τριήρεις ἦσαν ἡμίκενοι· διὸ καὶ ὁ ναύαρχος οὐκ ἔκρινε δεῖν οὕτω συμμίξει τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' ἀναφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ συμβῆναι, καὶ οἱ λοιποτάκται ζητηθέντες ταχὺ κατεσχέθησαν. Ἴνα δὲ καὶ φόβον ἐμποιήσῃ τῷ ναυτικῷ, καὶ μηδένα κολάσῃ Χριστιανόν, τριάκοντα τῶν ἐν εἰρκταῖς φρουρουμένων ἀρχιμαλώτων Ἀγαρηῶν ἐκβληθῆναι κελεύει νυκτὸς, καὶ περιχρῆσαι μὲν ἀσόβλη τὰς ὄψεις αὐτῶν, ὡς ἂν μὴ ἐπιγινώσκοντο, εἶτα ἀκίσασθαι σφᾶς, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς περιαγαγεῖν, ἀνασκοποισθῆναι τε ἀπαχθέντας εἰς Μελοπόννησον. Οὗ γενομένου, οἱ τοῦ στόλου ναυτικοὶ ἐξεδειματώθησαν, καὶ οὕτω τοῖς ἐναντίοις ἐπῆλθον νυκτὸς, καὶ τρόπαιον ἤρανον, τῶν μὲν ἀπολομένων, τῶν δὲ ἐαλωκότων. Εἶτα καὶ εἰς Σικελίαν διέβησαν, καὶ τὰς ἐκεῖ πόλεις ὅσαι τοῖς Καρχηδονίοις διέφερον ἐκάκωσάν τε καὶ ἐξέπόρθησαν. Καὶ οἱ ἐκ Μεσημβρίας δὲ Ἀραβες, ἐσχολακίαν τὸν Ῥωμαϊκὸν μαθόντες στόλον, τὰ τῆς Φοινίκης καὶ τῆς Συρίας ναυσὶ προσπλέοντες ἐκάκουν παράλια. Ὁ γὰρ βασιλεὺς, δτι Μιχαὴλ ἀνεῖλε τὸν πρὸ αὐτοῦ βασιλεύοντα, ὅσον ἐξίλασκόμενος τὸν Θεόν, πολλὰ τοῦ τῆς βασιλείδος τῶν πόλεων τῷ ἀρχιστρατήγῳ Μιχαὴλ (81) ναοὺς ἐδείματο ἐκ κινῆς· καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς ἀνακτόροις ἐδομήσατο τούτῳ πολυτελεῖς τε καὶ πολυδάπανον τέμενος, ὃ καὶ Νέαν Ἐκκλησίαν ἐκάλεσεν. Ἐν τούτοις οὖν τοῖς δομήσασιν ἀσχολουμένων τῶν πλωίων, καὶ τῶν νηῶν αὐτῶν οὐκ ἀφισταμένων ἀπὸ τῶν ἄρσεων, τῶν τε χειρῶν αὐτῶν ἐν τοῖς κοφίνοις (82) δουλευουσῶν, ὁ στόλος ἐσχόλασε· διὸ οἱ Ἀγαρηνοὶ ἀδεῶς, ὡς εἴρηται, τὰ παράλια ἐληίζοντο, καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐκάκουν, ἀλλὰ καὶ τὴν Συράκουσαν ἐξέπόρθησαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ ναυτικὸν τοῦ στόλου κατέτρυχε ταῖς οἰκοδομαῖς, καὶ τῷ προφήτῃ Ἠλίου τῷ Θεοδίτῃ ναὸν ἀνεγείρας· ἐτίμα γὰρ τοῦτον διαφερόντως, καὶ ᾧπεο προσληφθήσασθαι ποτε παρ' αὐτοῦ καὶ τῷ πυρίνῳ συναπαρθησέσθαι ἄρματι. Ὅμως μὲντοι, τὴν ἄλωσιν καὶ κατασκαφὴν τῆς Συρακούσης (83) μαθὼν, ἐστειλε τοὺς ἀντικαταστήσο-

#### Varie lectiones et notæ.

(81) Ἀρχιστρατήγῳ Μιχαήλ. De variis S. Michaeli exstructis ædibus sacris egimus in nostra Constantinopoli, lib. III, sect. 3, n. 4, ubi præsertim de hac Nova dicta : in his etiam, de ea quæ in Conchylo stetit, imperante Justiniano, quam eandem esse existimo, quæ palatio adjacuisse dicitur in concilio CP. sub Mena, act. 2 : Ἐγινόμεθα καὶ ἐν τῷ εὐαγεῖ εὐκτρητῷ οἴκῳ τοῦ ἁγίου ἀρχαγγέλου Μιχαήλ τῷ προκειμένῳ τῷ εὐσεβεῖ παλατίῳ. Paulo supra exsistisse ἐν τῷ παλατίῳ scribitur. Hanc S. Michaelis de Bucelone ecclesiam vocat Innocentius III PP. lib. XII, epist. 70.

(82) Ἐν τοῖς κοφίνοις. Κόφινος dicitur vas ex virgultis terræ portandæ idoneum. Codinus in

Orig. CP. n. 110 : Ἰστατο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λιμένι στήλη μαρμάρινος Ἐλευθερίου, φέρουσα πτόνον καὶ κόφινον.

(83) Κατασκαφὴν τῆς Συρακούσης. Hoc Syracusæ excidium attigit etiam Constantinus in Basilio, n. 49, et ex eo Scylitzes, et alii : sed præ cæteris hanc urbis calamitatem descripsit Theodosius monachus in Epistola ad Leonem archidiaconum de Syracusanæ urbis expugnatione, quæ servatur in Bibliotheca S. Servatoris Messanæ, et quam ex Græco Latinitate donatam descripsit Rocchus Pyrrhus in episcopia Syracusanis, in qua et famam ingentem a civibus perpessam in urbis obsidione, et clades a Barbaris istis Saracenis illatas Christianis



μένους τοῖς ἀληθεύουσιν Ἀγαθηνοῖς· ἀλλ' οὐδὲν ἔγνωστο. Ἐῖτα τὸν Φωκᾶν Νικηφόρον, τὸν πάππον τοῦ μετέπειτα βασιλεύοντος Φωκᾶ μετὰ δυνάμειος ἔξιο-

A chus quidam virtutis studiosus, qui Theophilæ nullam rationem habuit, sed Basilio conspecto, honoris causa surrexit, eumque adoratum

Variae lectiones et notæ.

luolenta oratione describit, ut qui et obsessa urbe, in ea cum aliis famem ipsam, et ea expugnata, duram captivitatem perpessus fuerit. Quæ quidem epistola Latina duntaxat oratione exarata, interim dum Græca prodeant, quorum quædam fragmenta habentur in bibliotheca Regia, si hic describatur, haud ingratum forte rerum Byzantinarum studiosis fuerit, tum quod horum temporum illustrandæ historiæ non parum conducatur, tum etiam quod Pyrrhi Sicilia haud omnibus obvia sit. Eorum quæ nobis evenerunt, vir divinissime, singula persequi velle, sane diuturnius, oportuni: usque temporis spatium postulare videtur: breviorque epistola est, quam ut totam rerum gestarum seriem complectatur. **B** Contra vero penitus hæc silere communemque doloris sensum, quem ex his cepit potius ferme terrarum orbis (facile enim mihi persuadere condoluisse nobis eos, apud quos vel solum Syracusarum nomen devenerat) valde stupentis animi, morboque indolentiæ apprime laborantis futurum fuisse existimavi. De qua re prophetarum quidam tanquam ex ore Dei sic est locutus: Male illos accepi flagris, nec tamen doluerunt. Ac si quocunque modo narrationem harum rerum instituum, bene utrisque consultum erit: mihi quoque aliquam afferet orationem, quæ mærentibus illis revelatum iri confido, quibus nunc male discrucior. Quippe sic natura comparatum est, ut ea quæ nobis molestiæ sunt, si sermone vulgaveris, animi levent ægritudinem, tibi vero merces minime fluxa hinc accedet, si compatiendo lacrymis narrationem prosequeris. In hostium tandem potestatem devenimus: capti demum fuimus, o vir divinis honoribus perfuncte, nec sane pejora sunt Hierosolymæ expertæ cum caperentur, nec Samaria prior Hierosolymis expugnata. Tandem passi sumus direptionem, quam non insulæ Chetim unquam agnovere, non regiones barbaricæ, non urbes quæcunque in medium afferri possent. Ejusmodi fuit hoc excidium, ut eodem die, quibus antea propugnatum erat, arcus et pharetras contriverit, arma, gladium, et bellum dejecerit, strenuos quosque debilitaverit, propugnatoresque gigantes (sic enim magnanimos illos appellaverim, qui egregie operam suam præstiterunt, qui et famem antea tolerare, et labores quoscunque subire, et vulneribus confici prope infirmi pro Christi amore non dubitarunt, et post captum urbem gladiis cruciudati sunt) hostium violentiæ cedere coegerit. Tandem in hostium manus incidimus, cum antea diu ac sæpius fuisset ad muros propugnatum, cum etiam navali prælio (horrendum sane spectaculum, ipsisque intuentium oculis consternationem ingenerans: consternatur enim aspectus rerum atrocitate quæ sæpe illi obijciuntur) fuerit multoties decertatum. Victi **D** fuimus post nullas nocturno tempore factas obsidiones, et hostiles insidias, post admotas muris machinas, quibus totum fere diem lundebantur, post gravem illam in nostra propugnacula lapidum projectorum procellam, post illas urbium vastatrices testudines, murosque subterraneos, quos vocant: nihil enim horum quæ ad urbis expugnationem censebantur idonea, intentatum reliquerunt ii quibus obsidendæ urbis cura incumbere, quorum jampridem potiundæ urbis cupiditas animos inflammaverat, summa animorum contentione decertabant, quo quisque pacto cæteris præstaret, novas in dies singulos machinas excogitando, quibus urbs capi dirivique facilis posset. Quanquam ab hisce Deus altissima consilii ratione admirabili nos quodammodo protegit. Quid vero necesse est more tragico ejulantem latius per equi, quantum et qualem in nos malorum congeriem invadere summo stuato conati sunt hostes? quid

indictum infectumque reliquerunt, quod ad timorem incutiendum iis qui detinebantur obsessi, animosque consternendos facere visum esset? tempus admonet, ut ad ea quæ intus gerebantur orationem convertamus, deque iis excursim aliqua dicamus. Foris vastabat gladius, et intus pavor, ut pervetusto illo oraculo Moysen res nostras vaticinalum esse plane asseveraverim. Cum enim æque ac populo Israelis in Deum ante a nobis peccatum esset, eundem quem olim ille, divinæ iracundiæ calicem potavimus, capti sumus, posteaquam ægre diuturnam famem herbarumque victu toleravimus: posteaquam sordida quæque rerum egestate compulsi, in os congesimus. Quin et ad liberorum etiam comestiones (rem nefariam et silentio prætereundam) processimus, cum antea nec ab humanæ carnis esu (heu quam horrendum spectaculum) abhorruimus. Sed quis hæc pro dignitate tragice deploraverit? non a coriis bubulisque pellibus abstinimus, non ab alia quibuscunque rebus, quæ fame enectis quidquam solatii afferre posse crederentur, ne ossibus quidem aridis parcentes, injucundam nobis cænam apparatus. Novum profecto, et ab omni mortalium usu abhorrens alimenti genus. Et enim Syracusanorum complures, (quid homines non cogit fames importuna?) quadrupedum ossa molere primum, tum aquæ perpauzillo conspergere, quamvis abunde nobis aquas ad hos usus Arethusæ fons suppedicaret, atque hoc invento famem sedare miserissimi homines cogebantur. Jam enim tritici modius tantum et quinquaginta nummis aureis vænalis erat, pistores vero plures vendebant, qui;pe ducentis aureis, unde fiebat ut duarum unciarum pants (rem miram!) nummo aureo venderetur. Adde quod trecentis aureis et eo amplius, quomodocunque edule vænium ibat, et quinque supra decem, quandoque etiam viginti constabat equinum caput: asininæ carnes etiam in deliciis habitæ. Jam vero domesticarum avium defecerat genus: oleum autem et salsamentorum cujusque generis obsonia, vel ea quæ, ut ait Gregorius Theologus, pauperum esse cibis solent, jam erant absumpta. Casei, leguminum et pisiolum esus omnino nullus: jam enim unius atque alterius portus, quibus interjacent Syracusæ, per vim hostes potili fuerant, cum antea arces, quæ Brachiolia dicebantur, et ab ingressu portuum hostes arcebant, solo funditus adæquassent. Illud vero longe molestissimum accidit: nam sævissima pestis (proh dolor!) famem subsecuta est. Morbus etiam tetanus, a nervorum contractione sic dictus, quosdam divexabat: quibusdam autem apoplexia dimidiam partem corporis afecebat, alios repentino mori cogebat, nec defuere qui eodem genere morbi correpti, aut corporis dimidium movere tantum poterant, aut omnino omni movendi corporis facultate destituebantur. Alti instar utrium inflato corpore horrendum sui spectaculum intuentium oculis exhibebant, quousque mors illis superimminens (nam hæc quoque divino imperio parebat, atque ex hujus præscripto nonnihil retardabatur) ægre tandem miseros gravissimis doloribus liberabat. Enimvero iis quæ jam a nobis memorata sunt, permulta alia adjungi possent, quæ longiore indigerent oratione, quam ea quæ ab homine in custodiam dato proficisci potest. Quid enim aliud poterit quam res tam grandes paucis perstringere ac tenuare, qui carcere inclusus ne horum quidem habeo pacati otii? densissima carceris caligo, quæ ob oculos versatur, aspectum hebetat atque obtundit: tumultus eorum qui simul in eadem asservantur custodia, mentem agitant atque perturbant: turris quæ ad majorem portum in dextro urbis angulo erat exstructa, catapultarum vi, quibus hostes saxa

amanter exceptit. Eo mulier quædam vidua illius A lool primaria, et magnis opibus affluens cognito, hominem pro familiaritate accersitum interrogat,

μάχου ἐπέπομφεν, ἄνδρα γενναϊότατον τε δμου καὶ στρατηγικώτατον, ὃς καὶ πολλὰ κατὰ τῶν τῆς Ἄγα ἐγγύων ἐστήσατο τρήπαια. Ὅτε δὲ τῷ Θεοφιλῆτι ὡς προ-

Varie lectiones et notæ.

prægrandia juculabantur, concusa primum, mox ex parte cecidit, ab hujus turris excidio quinque post diebus murus propugnaculi, qui fuerat antea turri conjunctus, eodem catapultarum impetu disruptus est: quo facto magnus timor in obsessorum animis injectus est. Hostium tamen oppressionem sustinebant egregii illi viri valdeque strenui sub auspiciis beatissimi ducis patricii, summæque hujus contentioni obsecundare conabantur, supra quam oratione explicari possit. Dies viginti, totidemque noctes, ubi murus corruerat contra eos qui aditum ex illa parte tentabant egregie strenueque depugnabant, animi ingentiam nobilitatem præ se declarabant: insigne quoque laudem esse ducebant pro tuenda urbe vulnera toto corpore excipere. Jam vero si quis ad illud urbis popugnaculum se contulisset, quod adversum vulgi sermone dici consueverat, permultos ibi virus poterat intueri miris diversisque modis mutilatos. Erant qui effossos oculos haberent, his quidam nares truncæ, his vero aures cernebantur amputatæ, aliis palpebræ, aliis maxillæ ex telorum et sagittarum ictibus sanguine rubescebant, quibusdam frons et cor etiam ipsam modis variis vulnerabatur; venter aliis, aliis pectus acceptis vulneribus patebat, atque ut compendio dicam, non aliqua tantum, sed omni ex parte laborabant. Hostes enim totis copiis urbem obsidebant, erantque numero superiores adeo ut centum ex illis (quod vix assequitur fidem) cum uno e nostris manus consererent, gloriaque non vulgari antagonistas augerent egregie virtutis facto periculo. Equidem athletarum studium appellabam, quoties eo loci ventitarem, in quo fortiter præclare agentes magnam sibi ex præclare gestis gloriam comparabant. Tum vero flagitiorum nostrorum numerus usque adeo excrevit, ut districtum in nos divinæ ultionis gladium inebriaret die primu post vicissimam mensis Muti. Quanta vero ab ea die, quo murus corruit, civitas in hostium potestatem reducta est? Modum autem quo fuit expugnata operæ præcæritum erit dicere: fuit enim horroris plenus. Cum enim Dei severa in nos animadversio eorum qui fortiter hostibus resistebant strenuissimum quemque huc atque illuc dissipasset, et inclutum patricium cum ejus militibus ad corpora procuranda a mæribus in domos proprias avocasset, Barbarorum animos impulit ut ad fatalem illam turrin, de qua superius, obsidionem integrarent, machinis illis adhibitis quæ ad lapidum projectum usui erant. Tali enim ludicro parricidæ illi urbem invadentes sese oblectabant: nec sane difficili negotio grassabantur, paucis admodum millibus custodientibus partem illam, propterea quod opportunum illud pugnandi tempus cives non æstimabant, securique propugnatores alia omnia quam ad propugnacula se conferre meditabantur. Dum igitur hostes in urbem lapides horrendum in modum confectarent, totumque illius ambitum complerent, scala quædam ligneæ per quam propugnatoribus erat pervia, semidiruta, turris effringitur: quo facta rumor ingens exortus est, quem cum audivisset patricius, continuo surrexit impransus e mensa, pro scala vulde sollicitus animi. Jam vero Barbari simul illum disruptam persensere (quippe eum prope ipsam lapidum projectio contigisset) muro magna cum alacritate propinquant: cumque non nisi paucos in turris præsidio positos conspiciat essent, hos fortiter ibi repugnantes contrucidarunt, inter quos etiam erat beatus Johannes patricius, quo facto libere in illam descendunt, eaque demum potiti sunt. Hinc vero deinceps in modum fluminis per totam urbem diffusi in illorum conspectu volitabant qui ad repugnandum adhuc congregabantur. Ac primum iis qui ad Serva-

toris ædis vestibulum contra eos aciem instruebant ad unum trucidatis, magno impulsu valvas aperiant, templumque subeunt strictis ensibus crebro anhelitu ignem naribus oculisque spirantes. Tum vero omnis ætas eodem temporis momento in acie gladii corruit, principes et omnes iudices terræ (quod in Psalmis canere solemus) juvenes et virgines, senes cum junioribus, monasticam professi, tum matrimonio copulati, sacerdotes et populus, servus et liber, quique in lectis multo jam tempore valetudinarii decumbabant. Nam ne his quidem parcere, Deus bone, carnifices illi didicerunt: animus enim humani sanguinis sitiens eorum moribus, qui primo irati occurrunt, minime satiantur. Erat igitur tum videre, (ut Sophocle verbis utar) diem illum, diem calamitatis et miseræ, diem angustie et ruinæ, diem tenebrarum et caliginis. Post hæc autem (quid enim pluribus oportet, singula eorum percensere quæ primariis urbis viris evenere, præsertim cum auribus ipsis, ne dum animis horrorem incutiant? Inclutus patricius, qui se in arcem quamdam receperat, postridie una cum septuaginta viris virus capitur, atque octavo ob urbe expugnata die, capitali supplicio plectitur. Quod quidem adeo excelso fortique animo pertulit, ut nihil humile, nihil sui constantia indignum admiserit, ne leve quidem timidatis alicujus argumentum monstraverit, nec mirum, quando antea nullo pacto adduci potuit ut urbis prodicionem salutis propriæ causa faceret, præsertim cum permultos haberet hujus consilii non probatores tantum, verum si voluisset etiam administratos. Ille vero maluit cum honestate mortem oppetere, ut eorum qui cum ipso erant salutem prospiceret, atque unum pro multis ad Christi imitationem caput oblicere periculo (quanquam hoc homicidarum animos ad commiserationem nequitiam flexit) quam aliquid nobilitatis sua indignum mente complecti. Cujus animi magnitudo, atque ad subeundum supplicium alacritas ipsi quoque Busæ Amiræ Chagebis filio, qui mortis auctor fuit, magnæ admirationi fuere. Verum ipse ad bene beateque moriendum hinc sibi talia præsidia compraverat, propterea quod omne belli tempus in mortis contemplatione transegerat, eisque, qui secum obsessi erant, viam, quæ ducit ad immortalitatem optimis cohortationibus commonstraverat. Unde per hæc pietatis officia excessum vitæ minime habuit formidandum. Quibus enim assidua meditatione cautum est, ne imparatum pectus habeant ad hæc extrema subeunda, hisce non injucunda erit ad cælum, cum contigerit, transmigratio. Cæterum Barbari in illos etiam quos cum patricio ceperant (erant autem omnes hi Syracusis honestissimo loco nati), cum quibusdam aliis captivis extra urbem ductos, et in orbem dispositos uno impetu invadunt agrestium canum in morem, et hos quidem lapidibus, hos vero baculis, alios hastis, quas præ manibus habebant, quosdam etiam quibuscunque quæ se fortuito obtulissent instrumentis crudelissime insectantes, morti dabant, et adhuc animis immanissime sæientes, horum corpora combustione absumebant. Nec vero silentio præteribo qualia barbaræ crudelitatis exempla in Nicetam exercuerint. Erat hic Tarsensis genere, atque in re militari opprime eruditus, et strenuus, qui oppugnationis tempore impium Mahometem apud eam nationem prophetarum eminentissimum habitum maledictis compluribus quotidie proscindebat. Hunc ab interficiendorum numero sevocatum humi reclinantes supinum (tuum, Deus, ementiam imploro) thorace pectoris ad pubem osque virum decorticarunt, effusa vero per sectionem viscera contis dilaniabant. Ad hæc cor ipsum manibus avulsum ab homine adhuc spirante plusquam im-

ἔρηται, ἔξουπρέται, οὗτος ὁ βασιλεὺς συγκατῆθεν ἔκεινθ εἰς Πελοπόννησον, καὶ εἰς τὸν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου ναὸν εἰσῆλθε σὺν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ. Ἦν δ'

A Cur Theophiltzen principem illustrem, et imperatoribus cognatum neque alloquio neque ullo officio dignatus esset, ministrum vero ejus affatus esset et

Variae lectiones et notæ.

maniter dentibus mandebant primum, postea ad terram allisum, petitumque lapidibus, tum demum exsaturati reliquerunt. Verum de his alias. Ego vero qui jam iterum cum episcopo in gratiam redieram, atque in episcopii templo una cum ipso stans precibus hora sexta operam debam, turrin a Barbaris expugnatam auribus cepi, cum ad finem cantici ventum esset. Quo nuntio non mediocris fuit audientium animis pavor injectus. Etenim quidni timendum esset in cruentas hostium manus mox certissime incursuris? animum tamen quoquomodo recipientes, dum adhuc hostes ante prospectum templi in deprædando essent occupati, nudi ac verecundi (quippe detractis omnibus aliis indumentis præter illa quæ ex corio confecta gestabamus), ad altare ædis maximæ cum duobus aliis clericis per fugimus. Consueverat ad hanc aram beatissimus Pater Deum iratum conciliare, openque ipsis pro suis filiis implorare, ac voti compos fieri; qua in re illam experientiam mirificum sæpissime comprobavit: quamquam id temporis arcano divinorum judiciorum consilio preces ejus rejectæ fuerant. Cum ergo in his essemus periculis constituti, aller ab altero si quid peccatum esset, veniam petebamus, ac victissim domabamus, Deo vero gratiæ agebantur. quod istu nos perpeti decrevisset. Jam vero dum episcopus angelo tutelari suam Ecclesiam commendaret, et adsunt extemplo hostes districtis gladiis, sanguineque perfusis, qui per totam ædem vagantes aliis alio despectebant, quorum unus a circumfusa multitudine digressus sacrum altare adit, ibique nos inter sedem et aram latitantes offendit, comprehenditque, nihil tamen barbarum in nos est molitus, nempe Deo cor ipsius aliquatenus permulcente, nihil iracundum sonuit aut minax, vultu ad terrorem composito, quamvis esset ense nudato armatus, qui sumabat adhuc calidum sanguinem atque distillabat. Is in episcopum intuitus, ab illo quam recte percontatus est, quisnam esset, remque ut erat edoctus: *Ubinam, inquit, sunt ecclesiæ sacra vasa? Cum autem cognovisset de loco, educit e sacro templo episcopum seorsim ab omni turbatione atque tumultu, nosque cum ipso tanquam agnos suum pastorem sequentes. Cumque in sacellum ubi reposita sacra vasa asservabantur nostro ductu pervenisset, in eo nos inclusos detinet, idemque satagit ubi majores natu barbaræ nationis quamprimum convenient. Quo facto, de nobis apud ipsos narrationem instituit. Sermoem, id enim nominis tum illi inditum, tum claris ortum esse parentibus postea comperimus: cujus oratione permoti, dicam melius, Deo ad bonum exitum omnia perducente, bene animati hostes in nos esse cæperunt, eodemque die sacra deprædatis (erant autem hæc omnia perfecti operis quinque milia librarum ponderis) captivos nos ex urbe egredi fecerunt: dolore, ut omitam cætera, vehementi confectos atque ad Amiram, qui in veteri majore ecclesia consederat traxerunt. Illic autem in una earum, quæ ibi reperiebantur, camera conclusos reliquit. Illic omnimodis incommodis affici corpusculum fuit necesse: nam et gravi odore locus repletus est, eo scilicet qui ex naturalibus excrementis exoritur, vermibus etiam qui solent in diem generari et scatere, nec non muribus consueto ibi degentibus, tum pedicularum examine, et cimicum, et pulicum propemodum exercitibus inhorruit. Ut vero nox facta est, tenebris obruti sumus sub lectum ferme cadentibus. Fumo etiam qui forte externo fiebat oppleta domus, qui et respirationem miseris interclusit, et multuos aspectus maxima ex parte nobis ademitt. In hac ipse camera cum sacro antistite, et altero a clericis fratribus conjecti fuimus: nam qui reliqui fue-*

runt, urbis excidio una omnes contrucidati sunt. Dies ibi triginta complevimus: proptereu quo ad Syracusanas munitiones emolius id temporis voluerunt consumptum. Per idem spatium ea quæ intra murorum ambitum continebantur, incendiis absumpta sunt. Captæ vero prædæ spoliu tot fuere, tantique pretii, ut ejus subducta ratio millies mille nummum reperta sit. Non multo post iter Panorum versus aggressi, quod sex dierum intervallo perfecimus, vecli jumentis ferendis oneribus natis. Abduxerunt vero inimiles efferique Æthiopes. Tandem diurnis vestibus, nocturnisque frigidibus divexati, die septimo, cum interdiu noctuque iter facere non fuisset desitum, celeberrimam civibusque frequentem urbem Panhormum ingressi sumus, obviam factis nobis urbem ingredientibus, popularibus qui ob lætitiæ effusi, epinicia concinebant; dumque prædas in urbem victores importare viderent. Pæanis faustisque acclamationibus excepiabant. Jam vero in urbem secedentes, tum demum comperimus conveniam ac civium multitudinem juxta famam illius, nihilque imparem opinioni nostræ fuisse. Illuc enim universum Saraccorum genus confluisse putares a solis ortu et occasu, ab aquilone et mari, juxta beatissimi Davidis consuetum loquendi morem. Unde in tanta incolentium colluvie conungustati, in circuitu sedes struere atque habitare inceperunt adeo ut per multas adjacentes urbes posuerint, primariæ, si quis vellet, ad oppugnandum et repugnandum non impares. Cum igitur, ut dicere institui, nequissima urbs omnium poliretur, contrarchum, imperii nomen id est, sui nominis celebritate neutiquam dignum putavit, donec nos sub jugum mitteret. Quin et se facturum promittit et comminatur, ut abs se longe positos, atque adeo ipsius imperatricis urbis viros in suam redigat potestatem.... His ita se habentibus, post diem quintum ad majorem Amiram introducimur. Is autem ad solarium superbe in solio considens valde sibi ex tyrannica potestate placebat, et quasi mantile nobis, ipsique medium suspensum utrimque aspectibus observabatur. Sistunt episcopum ministri: tum ille per interpretem: *Tenes, inquit, nostratem orandi modum? Minime, inquit sapientissimus præsul. Is vero: Cujus rei gratia? Respondet episcopus: Quod summus ego sacerdos Christi sum, Christianique servorum mystagogus, de quo prophetæ et justi olim vaticinati sunt. Non sunt, inquit Amiras, apud vos revera prophetæ sunt vero nomine: non enim ab illis alienatus esse ob tuas doctrinas, neque a recta fide deflexisses: in circuitu enim imhii ambulant. Quid enim prophetam nostrum blasphemis impetitis vos? Minime nos prophetas blasphemamus. Excipit episcopus: Propterea quod non in prophetas invehi, sed pro ipsi loqui magnifice sentire condidimus: hunc vero qui apud vos colitur ignoramus. His responsis attonitus, extemplo nos in carcerem retrudi jubet. Ducti incedebamus media urbis platea in popularium conspectu: Christianorum permulti subsequebantur, de nostra miseria non obscure ejulantes, nec non contrariæ sectæ homines spectanti studio exciti nos constipaverant, inquirebantque quisnam esset celeberrimus ille Siciliensis archiepiscopus. Hunc admodum populum evasimus; tandem in demosterium [δεσμοστήριον] conjicimur; id autem locus est quatuor supra decem gradibus depressum habens pavementum, adeo ut illi ostiolum pro fenestra esset. Tenebræ hic meræ et palpabiles, lumine tantum lucernæ vel interdiu aliquatenus collustratæ. Neutiquam in isto carcere luciferum mane exorientem fas est aspicere, non lunam radios emittentem. Corpusculum hic æstivis caloribus percussum (æstus enim erat)*

honorasset, longe supra conditionem ejus? Nam cum monachum nosset, id eum non temere fecisse arbitratur. At ille : *Theophilixem, inquit, privatum vidi Basilium vero imperatorem, eaque de causa honorem et ut imperatori habui. Scit enim eum a Deo imperatorem designatum esse.* Quibus mulier auditis, Basilium post discessum sui domini, ægrotum illic relictum, in suas ædes recepit, curataque et confirmata valetudine, persuasit ut sui filii frater adoptivus esse vellet, ac data pecunia, imperium ei prædixit, orans ut principatum adeptus, filii sui que (si adhuc in vivis esset) non oblivisceretur. His actis. Basilium discessit, illa vero, ei recens imperioposito, cum filio Constantinopolim profecta, multa pretiosa numerata obtulit, quam ille honorifice excepit ejusque filium, quem fratrem spiritualem nactus fuerat protospatharii, dignitate ornavit. *Ædes sacras diversis terræ motibus collapsas instauravit, atque etiam magnum fornicem templi Sanctæ Sophiæ ruptum ruinamque minitantem, machinis artificum constrinxit, et firmavit. Multis Judæis præbita promissaque pecunia persuasit, ut Christiani fierent. Pace cum gente Russica facta, effecit, ut illa in cognitionem arcanorum nostrorum perveniret : et cum se baptizari velle promississent, pontificem eis misit. Cæterum a sua religione ad nostram transituri, tergiversabantur et dubitabant : Ac nisi miraculum viderimus, inquit pontifici, qualia tu multa a Christo facta esse doces : nunquam doctrinam tuam amplectemur. Tum is : Petite, inquit, quod vultis. At illi dixerunt : Liber qui de Christo docet, est in ignem conjiciendus : qui*

attendat vir doctus. Proinde *matrem suæ inaugurationis urbem Constantinopolitanam jure appellaverit Valens*, quod revera in ea facta esset : quod minime dixisset, si in septimo ab urbe milliario fuisset peracta. Et sane Ammianus, lib. xxvi, Valentem a fratre Valentiniano imperatorem dictum Constantinopoli in Suburbano prorsus etiam innuit, cujus verba hic apponam, quod Themistiana illustrent : *Indeque cum venisset Constantinopolim*, (loquitur de Valentiniano) *nulla secum ipse devolvens, et magnitudine urgentium negotiorum jam se superari considerans, nihil morandum ratus, quintum Kal. Aprilis productum eundem Valentem in Suburbanum, universorum sententiis concinentibus, (nec enim audebat quisquam refragari) Augustum pronuntiavit : decoreque imperatorii cultus ornatum, et tempora diadamate redimitum, in eodem vehiculo reduxit*. Ubi per *Suburbanum*, Hebdomum intelligi constat, quod ad urbem exstitit, ex quo in Palatium Valens una cum fratre vehiculo reversus est. Ita porro apud Marcellinum comitem Arcadius *levatus Augustus dicitur Constantinopoli, in milliario septimo*. Ubi idem *Chronico Alexandrino*, Ἀρκάδιος Αὐγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ τριβουναλίῳ τοῦ Ἐβδόμου ἀνηγορεύθη. Apud eundem Marcellinum comitem, *Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæsarem fecit, id est foras septimo ab urbe milliario*. Idem *Chronico Alexandrino* Theodosium Juniore levatum etiam Augustum scribit ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ Ἐβδόμον ἐν τῷ τριβουναλίῳ, Marcianum vero ἐν τῷ Ἐβδόμῳ, omissa voce Tribunalis. Zenon in *septimo* levatus scribitur apud Victorem Tunnensem : Basilicus ἐν Κάμπῳ, apud Theodorum lectorem, Theophanem, Symeonem Logothetam, Zonaram, et alios : Mauricius a Tiberio ἐν Τριβουναλίῳ, apud eundem Theophanem et Zonaram : ἐν προκένσῳ τοῦ Ἐβδόμου, in *Chronico Alexandrino* Phocas in æde S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Ἐβδόμῳ, apud Simocattam et Theophanem : *in septimo quod dicitur Secundianas*, apud Gregorium M. Ut porro tyrannus in urbem venerit, sic *narrat Theophanes* : Οἱ δὲ Πράσινοι, ἐξεληθόντες εἰς τὸ Πήγιον, μεγάλας εὐφημίας ἐτίμων τὸν τύραννον Φωκᾶν, καὶ πείθουσιν αὐτῷ ἐν τῷ Ἐβδόμῳ παραγενέσθαι. Πέμπει τοίνυν Φωκᾶς Θεόδωρον τὸν ἀσκηρῆτις, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἐκπυρρῶσεν τῷ λαῷ ὅπως ὁ πατριάρχης καὶ οἱ δῆμοι, καὶ ἡ σύγκλητος ἀφίκωνται ἐν τῷ Ἐβδόμῳ. Τούτου τοίνυν γεγονότος, καὶ πάντων ἐν τῷ Ἐβδόμῳ ἀφικομένων, Κυριακὸς ὁ πατριάρχης ἀπήρτησε τὸν τύραννον ὁμολογίαν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἢ δὲ ἀναγόρευσις τοῦ τυράννου εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ γέγονεν. Nimirum Prasini Phocam ad Hebdomum accedere, suadent, ubi scilicet inaugurari et levari solebant imperatores : quo cum accessisset, in æde S. Joannis Baptistæ, palatio Hebdomiano vicina, a patri-

araha Cyriaco solenni ritu coronatus est, cum A alias imperatores in æde duntaxat Sophiana corona donari solerent. Is vero triduo postquam in urbem venit, Eudociam uxorem Augustam coronavit, in æde scilicet Sophiana, cum ille antea in Hebdomo, seu in æde S. Joannis Baptistæ, a patriarcha coronatus fuisset. Ita porro Constantinus Copronymus a patre Leone Isauro ἐν τῷ τριβουναλίῳ, et Leo Armenius ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως τριβουναλίῳ, levati leguntur apud eundem Theophanem, Symeonem Logothetam, et Georgium Hamartolum in Chronicis mss., ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ τριβουναλίου, in Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Hisce addere placet quod tradunt Simocatta, idem Theophanes, et Georgius Hamartolus, Mauricii imp. et filiorum in Eutropii ad Calchedonem portæ cæssorum capita, per aliquot dies plebi exposuisse Phocam in Campo Tribunalis. Quod si factum id esset septimo ab urbe milliari, eo certe concedere oportuisset plebem Constantinopolitanam, quod nemo opinor sibi persuadeat.

IX. Ex his igitur patet omnino Hebdomum, Tribunal, et Campum, promiscue usurpari apud laudatos scriptores pro uno eodemque loco, ubi acclamari et inaugurari solebant imperatores, more ab antiquo recepto, cum in Campis Martiis, seu qui ad majores civitates erant, id ferme semper peragi solitum doceant scriptores, ac in primis Flavius Vopiscus, quo loco scribit, Tacito a senatu in imperatorem electo, inde itum ad Campum Martium, ibi Comitiale Tribunal ascendisse eundem Tacitum, et præfectum urbi Ælium Cæsonium nuntiasse militibus et civibus in principem de sententia omnium exercituum Tacitum a senatu electum. Tradit præterea idem scriptor Probo militari quodam consensu in imperatorem acclamato, factum concursum, et cespitium Tribunal, appellatumque imperatorem, atque ornatum pallio purpureo, quod de statua templi ablatum est, atque inde ad Palatium reductum. Et Lactantius, in libro de mortibus persecutorum n. 32, de Maximino: *Fictus contumacia, tollit Cæsareum nomen, et se Liciniumque Augustos appellat, Maxentium et Constantium filios Augustorum* (id est Cæsares) *Maximianus postmodum scribit quasi nuntius, in Campo Martio proxime celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum.* Mitto quæ de Juliano in Campo et in Tribunali in Gallia Ammianus Marcellinus, et de Gratiano apud Ambianos in Tribunali, et Valentini Junioris ab exercitu in Tribunali in civitate Acimæo, inauguratione, Idatius, scribunt; ubi duntaxat observare liceat, Tribunal dici fuisse in civitate, tametsi rem actam in Campo, proximum vero sit, secundum receptum morem. Sed et Campum et Tribunal etiam Romæ idem fuisse firmat Theophanes, ubi de Constantio solenni pompa urbem ingresso: *Ἐξελθὼν δὲ ἐν τῷ τριβουναλίῳ Κάμπῳ, καὶ στὰς ἐφ' ὕψους, συμπρόντος αὐτῷ τοῦ στρατοπέδου, ἔδημηγόρει, id est in Campo*

Martio qui urbi proximus fuit: ubi locutus videtur Theophanes more, ut ita dicam, Constantinopolitano; quo loco *Chronicon Alexandrinum* habet, ἐν τῷ Κάμπῳ τριβουναλίου ἐφ' ὕψηλοῦ ποιήσας, etc., cujus quidem Tribunalis Constantii meminit Themistius orat. 3. Non mirum igitur si qui purpuram arripiebant, priusquam in urbem venirent, ad Campum, et ad Tribunal quod in Campo urbi proximo erat, secedebant, ut ab omnibus, ac militibus præsertim, quorum ea tempestate id juris esse videbatur, imperatores more recepto acclamarentur. Quin etiam observatum pridem a viris doctis, Ægyptios reges post celebrata ἀνακλητήρια, Memphi in Palatio solitos inaugurari, non vero Alexandriæ, quæ Ægypti caput erat, ut regum Persarum inaugurationem, quam τελετήν appellabant, factam Parasgadis: quomodo etiam reges nostri Durocotti Remorum inaugurari et coronari solent, non vero Parisiis, urbe regni primaria.

X. Aliud proinde fuit Hebdomum, seu septimus ab urbe lapis, aliud Campus ad urbem, Hebdomi appellatione donatus, aliud Tribunal, eique adjunctum Palatium Constantinianum, utrumque etiam eadem nomenclatura notissimum apud scriptores Byzantinos, quod satis superque probasse arbitramur. Quæ quidem non observata distinctio, viro erudito, aliisque forte fucum fecit, adeo ut vix ac ne vix quidem sibi persuadere potuerint, Hebdomum non modo ad urbem pertinuisse, sed et partem illius intra ipsius muros includi, vel saltem ad ipsa suburbia potuisse protendi, ac Hebdomi servari appellationem. Quod sane accidit, quemadmodum, ut attigimus, Campum ad Lutetiæ mœnia versus Septentrionem, Sandionysianum vulgo appellamus, ab oppido et monasterio S. Dionysii, quatuor milliariibus ab urbe dissito. Vere enim dici potest partem istius agri, prolatis subinde civitatis pomœriis, esse intra ipsam Parisiorum urbem, ut pars Hebdomiani agri, qui usque ad vetus Bysantium protendebatur, prolatis pariter a Constantino pomœriis, intra novam urbem inclusa est: quod quidem planum fiet, prolatis scriptorum auctoritatibus, ne gratis id proferri dicatur.

XI. Theophanes anno 5 Constantini Pogonati, quem laudavimus in nostra Constantinopoli; scribit Saracenos in Thracicas partes appulisse, urbemque obsidisse ab occidentali promontorio Hebdomi, seu Magnaura, usque ad orientale promontorium, quod Cyclobium vocant. Illius verba sunt expendenda, quod controversiam omnem dirimant: *Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ προλεχθεὶς τῶν θεομάχων στόλος ἀναβάς προσώρμησεν ἐν τοῖς θρηάκοις μέρεσιν ἀπὸ τῆς πρὸς δύσιν ἀκρότητος τοῦ Ἑβδόμου, ἤτοι τῆς λεγομένης Μαγναύρας, μέχρι πάλιν τοῦ πρὸς ἀνατολὴν ἀκρωτηρίου τοῦ λεγομένου Κυκλοβίου. Κατὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν συμβολὴ πολέμου ἐκροτεῖτο ἀπὸ πρῶτῃ ἕως ἑσπέρας, ἀπὸ βραχιολίου τῆς Χρυσῆς πόρτης μέχρι τοῦ Κυκλοβίου ἑαυτοὺς ὠθοῦντες, καὶ ὠθούμενοι. Quæ*

quidem ita reddidit auctor Miscellæ : Anno 5 imperii Constantini, prædictus Deum impugnantium stotus ascendens applicavit in Thracensibus partibus, a summitate videlicet septimi, quæ vergit ad Occidentem, id est a domo quæ Magnaura dicitur, et rursus usque ad arcem, quam Cyclobium dicunt, quæque spectat ad Orientem. Per totum itaque diem congressio belli tenebatur, id est a mane usque ad vespem, a brachialio Aureæ portæ usque Cyclobiam, invicem utraque parte in uno pulvere impellente. Cedrenus idipsum enarrans : Τῶν θεομάχων στόλος ἰλθῶν προσώρησεν ἐν τοῖς θρακίαις μέρεσιν, ἀπὸ τοῦ Ἐβδόμου μέχρι Κυκλοβίου. Ubi Ἐβδομον nude vocat, quod Theophanes promontorium Hebdomi. Zonaras iisdem fere verbis quibus Theophanes rem recenset : Εἶτα στόλῳ βαρεῖ κατ' αὐτῆς ἀπῆλθον τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ ναύσταθμον τοῦ σφετέρου στόλου πεποίητο ἀπὸ τοῦ πρὸς δύοσιν ἀκρωτηρίου, τοῦ κατὰ Ἐβδομον, μέχρι τοῦ Κυκλοβίου. Ubi scriptor Narrationis historicæ in festum τῆς Ἀκαθίστου, de ipsis Agarenis urbem obsidentibus sub eodem Pogonato verba faciens : Ἡρωσώρησαν τῇ παραθαλάσσιῳ τοῦ Ἐβδόμου. Et Georgius Hamartolus in Chronico ms. : Καὶ προσορμήσαντες κατὰ τὴν παράλιον τοῦ Ἐβδόμου, etc., scilicet versus ἀκρωτήριον τοῦ Ἐβδόμου, a quo usque ad Cyclobium, non terrestri, sed maritima obsidione, ut exserte scribit Theophanes, urbem circumsederunt. Denique tradit idem Theophanes in Leone Isauro an. 1, eosdem Saracenos urbem obsedissee ἀπὸ τῆς Μαγναύρας ἕως Κυκλοβίου, maritima scilicet pariter obsidione. Ex quibus hic allatis locis, quos paulo accuratius cum urbis topographica descriptione ac ichnographia, quam in nostra Constantinopoli Christiana delineari curavimus, expendat velim novus ac primus assertor Hebdomianus, nemo nisi nimium pervicax inficiari poterit Hebdomum ad urbem pertigisse, ejusque partem intra urbem potuisse includi, cum Cyclobium ad muros urbis terrestres versus orientem et Propontidem, Magnaura vero ad eosdam muros, imo intra ipsam urbem versus occidentem et promontorium Hebdomi exstiterint, quod multis in nostra lucubratione docuimus. Si enim promontorium Hebdomi ad septimum milliare exstitit versus Orientem et Propontidem, quos is videtur velle, qui fieri potest ut provinum fuerit Magnauræ palatio, quod in urbe et ad urbis muros versus occasum exstitit? Quis denique in mentem sibi induxerit, vel scribere voluerit, Saracenos urbem obsedissee a septimo milliari versus Rhegium, (quod 12 ab urbe lapide ad Propontidem in Charta Peutingeriana statuitur) ad Cyclobium, sed castellum rotundum, quod eidem Propontidi adjacuit, hodie etiamnum Heptapyrgio inclusum? Veluti si quis diceret Lutetiam hostes circumsehere a Versaliis ad Lupareum usque Palatium, is certe deridiculo haberetur. Videat quid reponat, et nodum hunc solvat vir eruditus, si tamen potest, vel certe aliquid proba-

bilius afferat, ut eum Seneca loquar, tum non gravate ab opinione mea in sententiam illius discessionem fecero.

XII. Sed ut nec promontorium Hebdomi, ita neque Hebdomum ipsum ad Propontidem fuit, sed ad sinus Ceratini caput, ubi Cydaris et Barbysses flavioli confluunt, haud procul ab urbe, quod supra allati loci omnino declarant. Ex quibus evidenter patet, non modo Hebdomum ad occidentem versus Magnauram recte statui, quod quidem Palatium proximum fuit sinui Ceratino; sed et per eundem sinum Saracenos in Hebdomum, seu in Campum urbi proximum, pervenisse, a quo ad Cyclobium usque urbem mari obsedere. Proinde cum παράλιον τοῦ Ἐβδόμου, Georgius Hamartolus, et αἰγιαλοὺς τοῦ Ἐβδόμου dixit scriptor vitæ S. Basilii Junioris, n. 7, ejusdem superioris sinus littera intelligi debent, ubi portus qui in Hebdomo exstitisse narratur, quem πρὸς Βλαχέρναις κόλπον vocat Scylitzes, statui debet, non ad Propontidem. Qui quidem portus is videtur, quem λιμένα τοῦ Ἐβδόμου vocat, et purgatum fuisse anno 25 Justiniani scribit idem Theophanes : ad quem scilicet Tiberii Constantini imperatoris, qui ἐν προκίεσσῳ τοῦ Ἐβδόμου obierat, cadaver πλοῦ, seu navigio, ut est in Chronico Alexandrino, delatum est. Sed et de similibus aliis in Hebdomo, et ad sinum Ceratinum νεωροῖς egimus in nostra Constantinopoli. Non mirum igitur si Hebdomum παραθαλάσσιος τόπος dicatur Procopio et Nicephoro Constantinopol. in Hist. quod scilicet sinus Ceratini littoribus adjacuerit.

XIII. Scribit Theophanes Nicephorum Phocam imperatorem acclamatum, Chrysopoli, quo cum classe appulerat, imperatorio dromone assumpto, εἰς τὸ Ἐβδομον a Prasinis deductum, ubi scilicet, secundum receptum morem, imperator in Tribunali acclamaretur. Chrysopoli nempe, quæ Ceratino promontorio observabatur, non in urbem transiit, sed emenso ipso sinu Ceratino, ad Hebdomum pervenit : quod clarius narrat Scylitzes, tradens Nicephorum cum tota classe Chrysopolim trajecisse, indeque ad Hebdomum, atque hinc πάντα τὸν δῆμον τῆς πόλεως μετ' ἐφημιῶν καὶ κρότων, δημοσίας γινομένης προόδου, in urbem introduxisse, διὰ τῆς Χρυσῆς πύργας, per quam scilicet solennes ingressus fieri solitos alibi observavimus, quod et exserte docet Constantinus in Vita Basilii imp. n. 40 edit. Combesii. Et Zonaras : Τὸν Νικηφόρον ἐκεῖθεν (Chrysopoli) εἰς τὸ Ἐβδομον ἄγουσι, κάκειθεν σὺν προόδῳ δημοτελεῖ εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν. Ubi nemo, opinor, ex iis quibus notus est Constantinopoleos situs, sibi in animum induxerit, Nicephorum ad locum tendentem, ubi inaugurandus erat imperator, siquidem ad Propontidem exstiterit, cum tota classe Chrysopolim appulisse, eo rursus reversurum : ut urbanam omnem multitudinem ad septimum usque lapidem egressam, indeque solemnem processum

Nicephorum Phocam ad urbem deduxisse. Neque aliter intelligendus Anastasius Bibliothecarius, quo loco narrat Constantinum papam cum ad Cœam insulam appulisset, deductum fuisse in Hebdomum, indeque in urbem: *a quo loco navigantes venerunt a septimo milliario Constantinopolim.* Ubi Septimi milliari vocabulo Magnauræ palatium intelligitur, in quo excipi primo solebant exteri magnates, vel etiam legati, quod præ cæteris testatur supra laudatus Constantinus in avi Vita n. 74, et in nostra de urbe locubratione docemus. Eadem plane ratione intelligendi etiam Anonymus Combesianus, Scylitzes, et alii in Romano Lacapeno, dum scribunt Petri Bulgarorum regis cum ejusdem imperatoris filia Maria in urbe celebratis nuptiis, eandem Mariam una cum conjunge in Bulgariam profecturam, ad Hebdomum usque a parentibus deductam, hicque navim conscendisse. Appulerat vero Petrus Constantinopolim versus Blachernas, ut exserte tradit Georgius monachus, ad Portum scilicet proximum Hebdomianum, ubi et reversurus in patriam navim conscendit. Sed et idem scriptor subdit, Maria a parentibus ad Hebdomum deducta, ipsos cum Petro in eodem Hebdomo epulatos, scilicet in Hebdomiano Palatio. Enimvero quod Leo Grammaticus, Symeon Logotheta, et idem Scylitzes, Symeonem Bulgarorum regem urbem primum circumseidisse commemorant, ducto a Blachernis vallo ad portam Auream, ac deinde urbis potiundæ spe abstracta, ἐν τῷ λεγόμενῳ Ἑβδομῶν recessisse, de pacis conditionibus acturum, hæc capienda sunt non de septimo milliari, sed de campo Hebdomi, in quo castra fixerit: cum tota hæc interposita planities ita nunouparetur, ut passim hic observamus. Unde cum auctor *Chronici Alexandriani*, ubi de Victoriatorum seditione sub Justiniano agit, milites venisse scribit ἀπὸ τοῦ Ἑβδομῶν, καὶ τοῦ Πηγίου, καὶ τοῦ Ἀθύρα, καὶ ἀπὸ Καλαβρίας, id ita intelligendum, ut ex vicinis urbi locis ii acciti fuerint, tum ex Hebdomo versus Occidentem, tum ex Rhægio et Athyra versus Orientem, tum ex Calabrya, loco scilicet in Asia sic appellato, quem Καλοδρόην vocat Bryennius, Καλαδρόην, Scylitzes et Zonaras: Anna vero Commena, Καλαδρόην.

XIV. Tribunali porro, de quo mox egimus, adiacuit amplum et spatiosum Palatium, quod ut Tribunal, ita et illud Hebdomi appellatione donatur passim a scriptoribus, cui Tribunal vicem præstitit vestibuli, adeo ut pro uno eodemque suburbano fore semper usurpetur, ad quod processum facere dicuntur imperatores, in eo scilicet moram acturi, la *Chronico Alexandrino*, apud anonymum Combesianum, Leonem Grammaticum, et Cedrenum in Romano Lacapeno, uti in *Constantinopoli Christiana* docuimus. Processus enim in alia palatia duntaxat seu etiam suburbana, fieri dicebantur, mutandi aeris gratia: quod facere solent summi pontifices, cum a Quirinali ad Vaticanum, aut contra secedunt. Unde Constantinus Porphyrogenitus in Basi-

lii Vita n. 90 ejusmodi palatia seu suburbana βασιλικὰ μεταβολῆς ἕνεκα καταγωγή appellat, ubi de Pegano palatio agit, quod ad urbis muros erat versus portam Auream, ut et palatium quod Hebdomi appellabant versus Blanchernas et sinum Cera- tium, et πρὸ τῆς πόλεως erat, ut est apud Theophanem in Michaelē an. 2. Illud porro ipsum est quod in regione 14 exstitit, ut est in veteri urbis descriptione, et Constantini nomen retinet, a conditore Constantino M., a quo conditum primo extra urbis mœnia, postea iis productis intra urbem, vel certe ad ipsa mœnia etiamnum conspicitur. In eo vero exstitit Consistorium Gratiani et Justiniani imperatorum, de quo multis egimus. Istud vero Palatium, Hebdomum nude a scriptoribus fere semper nuncupari constat; quod præsertim eruimus ex ejusdem Justiniani Constitutionibus in eo Consistorio exaratis, quæ subscribi solent hac formula: *Recitata Septimo milliario hujus inclytæ civitatis in Novo Consistorio Justiniani, vel Septimiliario in Novo Palatio vel Septimo in Novo Consistorio.* Loco protulit Jacobus Cujacius, lib. xx, Observat. cap. iii, nos etiam lib. ii *Constantinopoleos Christianæ.* Ex quibus omnino conficitur Hebdomum et Septimum milliare, vel Septimiliarium civitatis Constantinopolitanæ ideo appellari, quod revera ad urbem esset, et ad illius mœnia, ita ut ipsius urbis pars fuerit, etsi primitus extra ipsos muros, atque adeo ut a Septimo ab Urbe milliari distingueretur: unde quæ in Septimo, id est, vel in hoc Palatio vel in Tribunali acta dicuntur, recte in ipsa urbe acta referuntur in supra allatis auctorum locis. Atque inde Justiniani Palatii appellationem deinceps etiam retinuit, ut ex Bondelmontio docuimus, a quo supra mœnia statuitur, et juxta eodem Novem Ordinum, seu SS. Angelorum, quam Cantacuzenus ad ipsos urbis muros pariter statuit, adeo ut nullus dubitandi supersit locus, quin Consistorium Justiniani in Septimo milliari, illud idemque sit cum eodem Justiniani Palatio, quod Constantini etiam vocant. Sed et hinc colligere licet cur Marcellinus comes scribat, *Honorium a patre suo Theodosio in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæsarem fecisse id est Septimo ab urbe milliario.* Quippe cum Arcadius *Constantinopoli in Milliario septimo* levatus dicatur Augustus ab Idacio, sequitur quod factum est Septimo ab urbe milliario, non potuisse fieri in urbe, nisi hac locutionis formula, tum apud Marcellinum, tum apud Socratem et Cedrenum, locis infra allatis, ipsum Palatium Hebdomi, vel Tribunal quod ad urbem stetit, intelligatur.

XV. Proinde igitur apud scriptores Hebdomum pro ipso Palatio usurpari omnino constat. Apud Zonaram in Theodosio Juniore et Nicephorum Callisti, Pulcheria, regia exacta, εἰς τὸ Ἑβδομον concessisse legitur, id est in Palatium Hebdomi. Ruffinus lib. iii *De vitis Patrum* de quodam monacho: *Habitabat autem in parva cella foris civitatem, prope proastium qui vocatur in Septimo, ubi solent impera-*



*tores egressi de civitate libenter degere.* Neque aliter intelligendus Theophanes, an. 31 Justiniani, ubi de terræ motu, qui eo anno accidit, quo urbis muri a Constantino et a Theodosio conditi, non modo conciderunt, sed et ἐν ἐξαιρέτῃ (*præsertim*, ita hæc vox vertenda fuit) ἐκκλησῆσαι, καὶ τὰ ἐπίκεινα τοῦ Ἐβδόμου, ædes S. Samuelis, Deiparæ Petalæ diotæ, et S. Vincentii multaque ecclesiarum altaria et ciboria, a porta Aurea ad portam Rusii. Hic enim per *Hebdomum* exserte intelligitur Palatium Hebdomianum urbi ac illius muris adjunctum, cum de ruinis urbis duntaxat hic agatur. In Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem in Mauricio, Campus Tribunalis Hebdomo proximus dicitur: Καὶ μὴ τοῦτο καταδεξαμένου τοῦ Βασιλέως, θυμωθεὶς ὁ βάρβαρος, ἀπέκτεινεν χιλιάδας δέκα ἐν τῷ Κάμπῳ τριβουναλίου, τῷ πλησίον τοῦ Ἐβδόμου, hoc est, In *Campo Tribunalis Palatio ad urbis muros, Hebdomo appellato, proximo.* Notant Menæa 29 Julii, SS. Benjaminii et Verii memoriam celebrari πλησίον τοῦ παλατίου τοῦ Ἐβδόμου. Neque forte aliud est Palatium ab Hebdomiano, de quo Zonaras in Constantino Monomacho, scribens Tornicio urbem oppugnante versus Blachernas imperatorem ἐν τινὶ βασιλικῶν θαλάμων προβεβλημένῃ τῶν ἄλλων, καὶ ἐπὶ τῷ πρὸ τῆς πόλεως ἐστραμμένῃ πεδίῳ pro majestate consedissee, ut videret hostes, et ab iis vicissim videretur. Ubi observare licet, non modo hanc locutionis formulam, πρὸς τῆς πόλεως, denotare quod est in urbis prospectu, sed et πεδίον illud πρὸ τῆς πόλεως non aliud esse a Campo Hebdomi vel Tribunalis, quem ad urbem, et ante urbem exstitisse produnt passim scriptores.

XVI. Neque porro, quod supra attigi, Palatium Hebdomi et Tribunal unum idemque fuere, si stricte res sumatur. Nam Tribunal erectum erat in Campo Hebdomi sub dio, in quo levare et inaugurari solebant imperatores, cui adjunctum erat ingens Palatium, quo se recipiebant exacta inauguratione, quod Hebdomi pariter appellabant, quod in campo Hebdomi esset ædificatum. Id omnino declarat Theophylactus Simocatta lib. 1, cap. 4. Nam ubi scriptor *Chronici Alexandrini* ait mortuum Tiberium Constantinum ἐν προκίεσσῳ τοῦ Ἐβδόμου, id est dum in Palatio Hebdomi moraretur, post renuntiatum in Augustum Mauricium generum in Tribunali, ut habent Theophanes et Zonaras, hæc ait, ubi de inauguratione Mauricii: Φοράδην γὰρ ἀρχεὶς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὴν ὑπαίθρον τῶν βασιλείων αὐλήν, ἥτις παρήνωται τῇ πολιοστειβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, προαυλίῳ περιφανεῖ, καὶ περιδόξῳ τῷ προσκηνίῳ, Mauricium scilicet imperatorem renuntiavit. Quæ quidem verba ita Latine sonant: *Raptim adductus Tiberius imperator in subdiale palatiorum atrium, nullis constanti tricliniis palatiorum ædi adjunctum, vestibulum illustre, visendumque proscenium.* Ex his quippe colligitur Atrium in quo exstructum erat Tribunal, vestibuli vicem præbuisse adjacenti Palatio: hincque Pala-

tium et Tribunal promiscue ut unum idemque ab Himerio Παλάτιον τὸ τριβουνάλιον, et *Hebdomum* appellari ab aliis scriptoribus. Non mirum igitur videri debet si utrumque exstitisse Constantinopoli tradant quos supra laudavimus scriptores, cum Urbi proxime adjacuerit in Hebdomiano Campo ad ipsa mœnia ædificatum: quemadmodum suburbanum Sangermanense, vel S. Marcelli, in ipsa Parisiorum urbe esse dicimus, etsi mœnibus et portis nuper ab ea utrumque disparatum. Neque enim Hebdomum, ubi inaugurari solebant imperatores, Constantinopoli esse potuit, quod exserte tradunt supralaudati scriptores, si ad septimum milliare exstitit: quasi aliquis quod actum legitur Versaliis, id Parisiis factitatum scriberet, quod nemo unquam, nisi stupidus, et minus sanæ mentis, litteris mandare audeat.

XVII. Enimvero non omnino pro certo haberi debet quod ait vir doctus, Προάστεια, et *Suburbana* dici duntaxat quæ millibus aliquot ab urbe distant, quæque προάστεια τῆς πόλεως videntur appellari a Theophane, an. 7. Justinii Junioris, et quorum præ cæteris meminit concilium Nicœnnum 11. can. 18, imo quævis prædia rustica, ut in Vita Basilii Junioris, n. 42 et 44, quemadmodum apud Anonymum Sirmondeum, Constantinus M. mortuus dicitur in suburbano Constantinopolitano villa publica, juxta Nicomediam, rectius tamen in *Chronico Alexandrino*, ἐν προαστείῳ τῆς αὐτῆς πόλεως, scilicet Nicomediæ, adeo ut inde elicere velit suburbanum Hebdomum procul ab urbe fuisse: cum quæ urbi statim obversantur, etiam ad ipsos urbis muros, ita appellare solere scriptores ipsemet non diffiteatur. Nam ideo diota προάστεια, quod πρὸ τῆς πόλεως, et in illius sint prospectu. Ita enim προάστειον apud Hesychium exponitur, πρὸ τῆς πόλεως, et apud Papiam, *viridarium prope murum*, apud Hugutionem vero *locus ante civitatem id est suburbanum.* Quidquid igitur extra urbem, vel illius muros, et in illius conspectu est, *suburbanum* dicitur, etiamsi interdum ab ea millibus aliquot remotius, ut est in Glossis *interlinearibus* ad hunc versum Gregorii Theologi in *Dramate* de Christi passione: Ἐτυγχάνομεν ἀγρόθεν πολῶν ἴσω, ubi Glossator, ἢ ἀπὸ προαστείου. Ejusmodi sunt villæ quæ delectationis causa coluntur, de quibus exstant aliquot Epigrammata in *Anthologia*, lib. IV, cap. 30, et Tullius, *Deliciarum causa et voluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitella sua videmus.* Unde in horum ejusmodi suburbanorum propylæis Martem effingere solebant veteres, quod cum extra urbium essent mœnia, hostium paterent incursibus, cum ædibus intramuraneis Minervam appingerent, quia, inquit Isaacius Tzetzes ad Lycophronem, ἐν ταῖς πόλεσι καὶ ταῖς οἰκίαις χρὴ συμβουλεῖς καὶ φρονήσεως, ἐν τοῖς ἐκτὸς δὲ (προαστείοις, ut ea supra appellarat) ὑπὲρ τούτων ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους. Quæ igitur ubi vicina sunt, προάστεια, et esse πρὸ τῆς πόλεως dicuntur:



quomodo accipienda constat verba Theophylacti **A** Simocatts, lib. vi, cap. ii, cum ait : εἰς τὰ πρὸ τῆς πόλεως nata παράδοξα τέρατα, id est in agro circumiacenti, et in suburbanis, ut recte vertit interpretes. Jam vero προάστεια, urbi Constantinopolitanae, atque adeo ipsis mœnibus adjuncta palatia vocare scriptores Byzantinos vel inde constat, quod Sycas, seu Galatam unico freto ab urbe discretam, ejus etiam decima tertia regio existit, ac proinde illius pars fuit, ita appellet *Chronicon Alexandrinum*, an. i Justiniani : et Cosmidium, seu Palatium, ad ædem SS. Cosmæ et Damiani, quod Emporium dicitur Georgio monacho in Michaele Theophili filio, et scriptoribus nostris *Castellum Boemundi*, ut suo loco docuimus, ad littus ejusdem Ceratini sinus, ipsosque muros maritimos, proinde urbi contiguum, προάστειον perinde a Symeone logotheta in eodem Michaele n. 13 appellatur. Sic etiam Palatium Peganum ad portam Auream, eique continuum a Cinnamo lib. ii, n. 17 appellatur, cum ait Ludovicum VII Francorum regem, salutari Manuele imperatore in Magno Palatio, εἰς προάστειον, ὃ Φιλοπάτιον ὠνόμασται τοῖς πολλοῖς, concessisse. Neque enim aliud est Philopatium a Palatio Pegano, quod pluribus alias probavimus, tum in Notis ad Villharduinum, tum in nostra *Constantinopoli*. Idem vero Cinnamus n. 14, illud ipsum Palatium τὸ καταντικρὸν τειχέων βασιλικῶν ἐνδιαίτημα vocat. Non igitur contendat vir doctus suburbana solum appellari quæ longius ab urbe distant, vel prædia deliciis et voluptati addicta, quemadmodum *Siciliam populo Romano jucundam suburbanitatem* fuisse dixit Cicero iv in Verrem : qua quidem voce usus etiam Sidonius. lib. iii, epist. 1 : *Ecclesiam Arverni municipioli, cui præpositus etsi immeritus videor, peropportuna oblatione locupletando, cujus possessioni plurimum contulisti, Cuticiacensis prædii suburbanitate, non minus nostræ possessionis fraternitatem loci proximitate dignatus litare*. Proximum igitur urbi Arvernæ fuit Cuticiacense prædium.

XVIII. Neque vero proxima duntaxat civitatibus loca, vel prædia, aut palatia προαστείων nomine donata, sed etiam intra ipsam urbem, ac in relictis et ad ipsos muros partibus, quævis ~~sedes amplas~~ hortos habentes delectationis gratia, ut sunt hodie, quas vocant, *Vineæ* intra urbem **D** Romanam, quæ προαστείων vice sunt magnatibus : cum ita appellentur, quod revera primis reipublicæ ac imperii Romani temporibus intra urbes vineæ colerentur, quod veluisse Domitianum scribunt. Nam, ut ait lex 6 Cod. de præd. et al. reb., *Prædium rusticum vel suburbanum ab urbanis non loco, sed qualitate discernitur*. Quæ totidem verbis habentur in lib. xxxviii *Basilic.* tit. 9, cap. 37 : Προάστειον ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ οἰκηµατος οὐχ ὁ τόπος, ἀλλ' ἡ ποιότης χωρίζεται. Ubi Scholiastes : Τὸ προάστειον, φασί, χωρίζεται ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου θέσεως, ὅτι ἐξήκιστα τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐκ τοῦ προσέχειν πόρον,

ὥστε, καὶ εἰ ἐν πόλει ἐστὶ, πρόσδορον δὲ παρέχει, σουβουρβάνον λέγεται καὶ ἔξω δὲ πόλεως εἰ ἐστὶν, ἀπροσδοετον δὲ ἐστὶ τὸ οἰκηµα, πρὸς τέρψιν µόνον κατασκευασµένον λέγεται. Vel inde patet *suburbana* intra ipsam urbem existitisse, proindeque non mirum si quæ ipsis extra mœnibus adjuncta erant eandem nomenclaturam obtinuerint. Atque hæc quidem notione, id est pro suburbanis intramuraneis, προάστεια appellat concilium Constantinopolitanum sub Mena, act. iii, ubi de perquisitione Anthemii in urbe facta agitur, et episcopis, qui a Patribus concilii ad hoc missi fuerant : Ἐφησαν δὲ προάστειον αὐτὸν ἔχειν πλησίον τοῦ προφητείου, ἐν ᾧ συνεχέστερον εὗρίσκειτο ἀπιῶν. Prophetæum autem istud infra S. Isaiæ appellatur : Ὅτι ἴσμεν αὐτὸν ἔχοντα προάστειον πλησίον τοῦ προφητείου τοῦ Ἁγίου Ἡσαίου. Rursum : Παρεγενόµεθα καὶ ἐν τῷ προαστείῳ τῷ διαφέροντι τῷ αὐτῷ Πέτρῳ πλησίον ὄντι τοῦ εὐκτηρίου οἴκου τοῦ ἁγίου µάρτυρος Θύρσου. Denique : Κάκειθεν παραγενόµενος ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου µάρτυρος Θύρσου, ἔγνωµεν ὡς προάστειον πλησίον δαίκεται Πέτρου τοῦ ποτε τῆς Ἀπαµέων ἐπισκόπου, etc. Hæc porro hic recensitæ ecclesiæ intra urbis Constantinopolitanæ muros ædificatæ erant, de iisque sat multis egimus in nostra *Constantinopoli*, libro iv. Neque enim extra urbem missi episcopi, quo Anthemium et Petrum Apameensem perquirerent, cum id non exigant canones, sed in suis ipsorum intra urbem ædibus, ubi habitare solebant. Quin etiam de hujusmodi intramuraneis suburbanis intelligendus videtur Theophanes, an. 22 Anastasii, qui in seditione orta Constantinopoli, fugæ se dedit, ὥστε κρυβῆναι ἐν προαστείῳ ἐγγὺς Βλαχερνῶν. Sive enim Suburbanum istud intra aut extra urbem fuerit, saltem Blacherniano Palatio, quod intra urbem postmodum inclusum fuit Heraclio imperante, proximum fuisse dicendum est. Verum quis dissertatori concedat Petrum Gyllium sola agnovisse suburbana quæ urbi contigua sunt, et ignorasse ita appellari quæ aliquot millibus ab ea distant : quasi vero singularis omnino eruditionis scriptori, et quem eo nomine summis laudibus non semel extollit Jacobus Cujacius, ignota fuerint quæ pueri sciunt in scholis : sed is scivit quod ignoravere alii, προάστεια non modo urbi continua, quorum præ cæteris meminit Joannes Biclariensis, an. 1 Tiberii, sed etiam quæ in ipsa urbe sunt interdum appellari.

XIX. Jam vero cum Hebdomum, seu Campus Hebdomi, amplus esset ager, ut qui ab urbe ad septimum usque lapidem pertingeret, varia, ut diximus, in eo existere ædificia et suburbana, quæ in Hebdomo excitata esse dicuntur a scriptoribus, non indicato fere semper eorum peculiari situ, et an urbi, vel an septimo lapidi proxima fuerint. Nam præter Tribunal et adjunctum Constantinianum Palatium, de quibus egimus, ut omittam etiam Castellum Theodosianum, quod in Hebdomo statuit Theophanes, an. 7 Phocæ legimus

apud Procopium, lib. 1 *De ædific. Justiniani*, cap. 4, ædificatam ab eodem Augusto S. Theodotæ ædem ἐν προαστείῳ τῷ καλουμένῳ Ἐβδόμῳ : aliam præterea S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Ἐβδόμῳ καλουμένῳ, et aliam denique in eodem Hebdomo SS. Menæ et Menæo martyribus dicatam. Quod vero spectat ad ecclesiam S. Præcursoris, quin illa sit, quam a Theodosio M. ædificatam tradunt scriptores, et quam Justinianus instauraverit, dubitare non licet, quæ μονὴ τοῦ Ἐβδόμου dicitur Scylitzæ et Zonaræ in Alexio, et Ἐβδομον nude in Vita Auxentii sub initium : quam Sozomenus lib. vii, cap. 21 πρὸ τοῦ ἄστεως, idem cap. 24 ἐν Ἐβδόμῳ μιλίῳ, *Chronicon Alexandrinum* an. 13 Theodosii M. ἐν τῷ λεγομένῳ Ἐβδόμῳ Κωνσταντινουπόλεως, Nicephorus denique Callisti πρὸ τῆς Κωνσταντινου ἐν τῷ λεγομένῳ Ἐβδόμῳ, ab eodem Theodosio excoitatum scribunt, in Hebdomo scilicet quod urbi proximum et in illius conspectu fuit : nam, ut est apud Georgium Alexandrinum in Vita S. Joannis Chrysostomi, ita vocabatur ὁ τόπος τῆς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκκλησίας. Hæc porro loquendi formulis satis innuunt iidem scriptores, hanc ædem non ad septimum ab urbe milliare ædificatam fuisse. Quid enim sibi vult aliud, πρὸ τῆς πόλεως, quam in urbis ipsius prospectu ? vel Hebdomum Constantinopoleos quam pars Hebdomiani Campi urbi proxima ? deinde Phocam in hæc æde coronatum imperatorem tradunt Simocatta, *Chronicon Alexandrinum*, et Theophanes, scilicet juxta Tribunal, ubi acclamatus fuerat Augustus. Tribunal vero urbis mœnibus proximum fuisse supra docuimus. Verum quin ad septimum milliare non exstiterit, hinc patet omnino quod ad sinus Ceratini littus statuatur a Socrate, lib. vi, cap. 11, unde septem ab Urbe millibus disparata esse non potuit, siquidem littus Ceratinum ad sinus caput ultra unum milliare non protenditur, ubi Cydaris et Barbyses fluvioli confluunt, et in sinum Ceratinum aquas suas evolvunt. Ita porro Socrates ubi de Epiphano Cypri episcopo ad Urbem appellente : Προσορμήσας οὖν ἐν τῷ ἐπὶ Ἰωάννην μαρτυρίῳ, ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημείοις τῆς πόλεως, καὶ ἐξελθὼν τῆς νεώς, etc. Paulo aliter Sozomenus, lib. viii, cap. 14, ubi de eodem Epiphano : Ἐκπλεύσας τῆς Κύπρου, κατῆλθεν εἰς πρὸ τῆς πόλεως καλούμενον Ἐβδομον· εὐξάμενος δὲ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἦκεν εἰς τὴν πόλιν. Appulerat scilicet Epiphanius ad portum Hebdomi, per sinum Ceratinum, indeque, cum in æde S. Joannis Baptistæ orasset, in urbem proximam venit, non navigio, sed itinere terrestri. Neque tamen ad ipsum maris sinus Ceratini littus, versus illius caput, exstitit ædes S. Joannis Baptistæ, sed in continenti, licet eodem forte vicina. Quod colligere est ex eodem Procopio, lib. 1, cap. 8, ubi οὐκ ἐπιθαλάσσιον τὸ τοῦ Βαπτιστοῦ ἐν τῷ Ἐβδόμῳ καλουμένῳ Martyrium fuisse diserte ait, contra quam ædes S. Michaelis in Anaplo, quæ eidem quoad structuram similis fuit. Hebdomum porro non ad Propo-

tidem, sed ad sinum Ceratinum exstitisse sat pluribus supra probavimus.

XX. Præallatis vero non obstat quod Socrates lib. vi, cap. 6, S. Prodrōmi Μαρτύριον septem ab urbe milliariibus dissitum scribat, hisq̄ verbis, Ἐπτὰ δὲ σημείοις τοῦτο ἀπέχον τῆς πόλεως. Et cap. 11 : Ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεία τῆς πόλεως. Hæc enim intelligenda, non de martyrio ipso, sed de Hebdomiano campo, qui revera initiō sumpto a septimo lapide ab urbem pertinentē, septem ab ea milliariibus dissitus fuit. Hebdomum, igitur vocabatur hæc ædes, quod in Hebdomo excoitata esset, hoc est in campo Urbi proximo, ut et alia eidem ædi adjuncta, S. Joanni evangelistæ dicata, ut est apud Codinum, in *Originibus Constantinopolit.* cujus verba attulimus in nostra *Constantinopolit.* : et apud Pachymerem, qui lib. ii, cap. 21, monasterium, quod τὴν κατὰ τὸν Ἐβδομον τοῦ Θεολόγου μονήν, infra lib. vii, cap. ult. nude Ἐβδομον vocat, ubi de sepulcro Basilii Bulgaroctoni in eo sepulti agit, cujus Epitaphium, quod descripsimus in Notis ad Zonaram, observat illius τύμβον ἐν μέσῳ γῆς Ἐβδόμου fuisse, qua verborum formulæ satis indicatur hanc ædem exstitisse in campo Hebdomi, non vero ad septimum ab Urbe milliare. Sed an S. Prodrōmi Hebdomiana ædes intra urbem posmodum inclusa fuerit, quod velle videtur Gyllius, dubium facit ne quid dissimulem, quod Constantinus Porphyrogenitus tradat Basilium avum ædem S. Joannis Baptistæ, eidem ædi S. Joannis evangelistæ in Hebdomo proximam, et a Basilio instauratam, extra Urbem statuat, cap. 63 edit. Allatianæ : ita ut ædes S. Præcursoris, quam sua ætate dirutam fuisse a Turcis scribit Gyllius, illa forte fuerit, quæ vetus dicebatur, et urbis muris incumberebat a Constantino M. ædificata, ut est in *Ἡστέριος ΚΠ.* a nobis laudatis.

XXI. Mirari porro hoc loco subit, tam fidenter affirmare virum eruditum, neminem veterum (indulgendum tamen quod addiderit, *quos legitur*) ecclesie S. Joannis Prodrōmi Christi intra muros urbis Constantinopoleos ullam fecisse mentionem : cum præter celeberrimum illud Studienæ monasterium nemini non notum, ad duodecim eidem S. Præcursori intra urbem dicatarum ædium historiam in nostra *Constantinopolit.* perstrinxerimus : quibus duas insuper alias addere licet, in quas non incideramus, dum illa prodiit, quarum altera est S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Λοφάδῳ, cujus meminit Codex Cæsareus apud Petrum Lambeckium, lib. v Commentar. de Bibl. Cæsar. pag. 79 : Ἐπὶ δὲ ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Νικολάου τοῦ Κυρδονιάτου, τοῦ ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ τιμίου Προδρόμου τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπιλεγομένης τοῦ Λοφάδ, etc., qui quidem Nicolaus patriarcha non alius est ab eo qui Alexio Commeno imperante vixit, ut docemur ex Catalogo Patr. Constantinopol. descripto in Jure Græcorum : Νικόλαος μοναχὸς ὁ γραμματικὸς

ὁ ἐν Λοφαθίῳ θεοπρόβλητος ἀρχιερεὺς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἀλεξίου, etc. Aliam, quæ Danielis nomen prætulit, ædem S. Prodrumi ad S. Moesium memorat scriptor ineditus Vitæ S. Marciani œconomi, a quo extractam scribit: Τὸ μὲν οὖν ἱερὸν αὐτοῦ λεῖψανον (S. Isidori) ἡ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου μονή, ἥτις ἔρα καὶ τοῦ Δανιήλ λέγεται, δέχεται, ἐγγὺς μὲν θεοῦ ναοῦ λαμπροῦ μάρτυρος Μωκίου διακειμένη, ἔργον καὶ αὐτῆ ὄσα τῆς ἐκείνου χειρὸς, ἡ μᾶλλον τῆς προθέσεως, ἐνθα δὴ καὶ εἰς δεῦρο λαμπρῶς αὐτοῦ καὶ φιλοθέως ἡ μνήμη τελεῖται. Atque hæc quidem per πάρεργον hic descripsimus, ut binæ istæ S. Præcursoris ædes cæteris a nobis commemoratis adjungantur. Ex prædictis igitur hæc summatim colligere libeat Hebdomi vocem varie a scriptoribus Byzantinis efferri: pro loco scilicet in quo stetit septimus lapis, ubi œdificia quorum ii meminerint stetisse nulla, ut superius dixi, prorsus constat: deinde pro interjecto inter septimum istum lapidem et urbem Constantinopolitanam, in quo ea omnia quæ ab iis in Hebdomo esse dicuntur, exstitero, cujusmodi fuere Tribunal, Palatium eidem adjunctum, ac subinde intra urbem inclusum, sed et ædes S. Joannis Baptistæ et Joannis evangelistæ, quæ quidem œdificia omnia Hebdomi appellatione promiscue donantur a scriptoribus. Utrum vero satis superque ista probaverimus, judicium serent eruditi lectores.

XXII. Cæterum gratias per me licet referant, quam maximas viro doctissimo quotquot sunt litterati, quod *primus diligenter explicuerit situm Hebdomi cum quatuor suis partibus, Campo, Tribunali, æde S. Joannis Baptistæ, et Palatio Secundianarum*, Gyllio, nobisque, si diis placet, incognitis: quasi non alia et longe plura exstiterint in Hebdomo œdificia, cujusmodi sunt de quibus in præsens agimus, quæ partes istas multiplicare debuerint, siquidem ita appellari debeant. Verum cum bona illius venia dicere liceat, nihil a nobis in ea quam in id argumentum contextuit Dissertatione deprehensum, quod non viderit Gyllius, nullosque ab eo descriptos auctorum locos quos ipsi in *Constantinopoli Christiana* non descripsimus, præter triviales forte aliquot e Miscella petitos, non consulto vel lecto Theophane, cujus illius auctor *interpretem* egit. Quæ quidem non eo dico animo, quasi *allena* expilasse, vel quod ab aliis observata *non posse* rursum scriptorem observare, velim *contendere*: cum præterquam cum iisdem omnes utimur libris, quæ semel in publicam lucem emittuntur, juris fiant publici. Neque enim ex iis sum, qui si quidpiam, aut quod scripsere, aut in suis antea omissis lucubrationibus vel leviter attigere, alii, id exigente quod pertractandum susceperunt argumento, pariter attingant, illico nescio qua lympha correpti, quasi in publici ævarii fures, ut est apud Hieronymum, insurgunt, quemadmodum Luscius ille Luscinus in Terentium comœdiarum scriptorem: vel *repetundarum accusant*, ut Græci

A Tullium, eadem ferme de causa ab iis insimulatum adeo ut ne locos quidem auctorum semel a se laudatos ab aliis rursum laudari patiantur, jure, ut aiunt practici nostri, præventionis. Quasi vero philologi partibus fungi cuivis non liceat, qui si, ut verbis utar Plutarchi, ἐν ἄλλοτρίῳ χώρῳ multo magis, in eo qui omnibus patet, omniumque est disciplinarum campo, πόδα τίθεσθαι, nullo jure prohibetur. Quin etiam non desunt qui ab ea quam in rei litterariæ, ut fieri solet, dubiis ac controversis protulere sententia, decedi piaculum existimant, cum in eorum verba juraturos quotquot scriptioni deinceps calamum apponent, sibi in animum inducant, ac suammet in iisdem conjecturam vel opinionem expromendi facultatem omnem sint adepturi: quasi denique ipsi errare se non posse putent, licet id neque cuiquam unquam contigerit, et majus sit quam ut convenire in humanam fragilitatem queat.

XXIII. Longe vero sanior viget apud paulo polities inter eruditos scribendi ratio, qui in litterariis controversiis, si dissentire contingat, non dico sine contumelia (cum id eorum sit duntaxat, quos ἀγροικοσόφους vocat Philo (libro, Περὶ ἀποικ., et libro Περὶ φυγάδ., (qui, scilicet Musis, non vero simul et ταῖς χάρισιν ἔβουσαν, vel qui τὴν Ἀφροδίτην ταῖς Μούσαις οὐ συνέπλεξαν, ut loquitur Themistius orat. 24, p. 303, ed. Reg.), sed ea urbanitate ac moderatione servata, sed nec sine elogio aliquo, id semper peragant, ut imminutum a se dignitatem nemo conqueri possit: quod omittere solent qui nescio qua, ut diximus, inepta κακοζηλίᾳ soli sapere videri volunt (Stobæus p. 37). Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός. *Si placeat*, aiebat olim sanctus Augustinus scribens contra Petilianum, (lib. II), *et vobis, pro maledictis maledicta reponere possumus, et nos diserte forte conviciari possumus, et nos dicere crepitantibus flammis: sed nullo modo mihi sonat diserte, quod dicitur inepte*. Et Bessarion cardinalis in Epistola inedita ad Michaelem Byzantium, illius eruditionem in iis quæ adversus Theodorum Gazam scripserat, laudare quidem, non vero τὸν τῆς συνηγορίας τρόπον probare se ait: Οὐ γὰρ, subdit ille, λοιδορίας τοῦ ἀντιδικου, ἀλλ' ἀποδείξει, καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ τε φίλῳ συνηγορητέον, τὸν τε ἐχθρὸν ἀμυντέον. Si quando igitur ab quorumvis scriptorum, nedum amicorum, sententia discedimus, ita versari debemus, ut assequendæ duntaxat veritatis causa id fiat, allatis, quibus nostra firmari possit, vel argumentis, vel scriptorum auctoritatibus, cum in eorum verba, in re maxime litteraria, jurare minime aut cogat quævis necessitudo, vel parta etiam doctrinæ existimatio. Tum vero *sine nostro invicem dolore*, quod aiebat sanctus Hieronymus scribens ad sanctum Augustinum, *ludere* liceat.

*Multa joci pateant, liceat quoque ludere fictis. Sed lingua mulcente gravem interlidere dentem, Ludere blanditiis urentibus, et male dulces*

*Fermentare jocos satyre mordacis aceto,  
Sæpe poetarum nunquam decet esse parentum.*

Quin potius,

*Si pravo rectum, si religiosa profanis,  
Luxurie parcum, turpi mutatur honestum,  
Segnis, iners, obscurus ago. miserere sodalis  
In malo perversi: blandum licet ira parentem  
Excitet, ut lapsum rectis instauret amicum  
Moribus, et monitu repararet meliora severo.*

(S. Paulin, poem. XII.)

Sed præter allatas ejusmodi tot magnorum virorum hac de re sententias, an non liceat aliam recentioris, atque adeo singularis eruditionis scriptoris, hic etiam appingere? Is est Henricus Valesius Hadriani frater, qui ad Excerpta Polybii sic præfatur: « Atque hæc de versione Casauboni quasi per excessum dicta sint, non obtrectandi studio (id enim alienum est a nobis) sed ut si forte quid a me peccatum in versione mea deprehendatur, facilius lector ignoscat: deinde vero ut abstersis his nævis aliquam gratiam a studiosis iniremus. Hominis enim ingenui esse arbitror, ut ait Polybius noster, non ex alienis erratis gloriam captare, sed cum nostris, tum etiam alienis scriptis, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere. Cujus quidem instituti nostri ubique velim lectorem meminisse, si quando in Notis a doctorum hominum opinione dissentimus. Idemque ipse a cæteris postulo, ut sicubi, quod nimium sæpe fortassis accidit, a veritate aberraverim, corrigere atque emendare ne dubitent: hoc enim dummodo bono more et citra conviciium fiat, gratiæ atque honori habendum puto. » Neque omitienda verba Polybii hic laudata, cæteris a nobis descriptis adjungenda: *Ἐπεὶ δὲ τῶν τόπων ἀγνοίας τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι παράπτωσιν, οὐκ ὤκνησα γράψαι πρὸς αὐτὸν Ζήνωνα, κρήνων, καλὸν εἶναι τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἀμαρτίας ἴδια προτερήματα νομίζειν, καθάπερ ἔνιοι ποιεῖν εἰώθασιν, ἀλλὰ μὴ μόνον τῶν ἰδίων ὑπομνημάτων. ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλλοτρῶν, καθόσον οἱοί τε ἔσμεν, ποιῆσθαι πρόνοιαν καὶ διόρθωσιν χάριν τῆς κοινῆς ὠφελείας.* Quæ quidem ita Latine reddidit doctus interpres: *Cæterum de illa situs Laconicæ ignorantia, eo quod gravis esse is error videretur, ad ipsum Zenonem litteras scribere non dubitavi, hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent, sed cum nostris tum etiam alienis* D *Commentariis, utilitatis publicæ gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere.* Ita sentire solent viri bene de litteris meriti, qui scilicet non cathedrali quadam declamatione, et tyrannica, ut ita loquar, παιδαγωγίᾳ alios volentes nolentes in sententiam suam rapere ac pertrahere conantur. Neminem, inquit, nuperus scriptor perinde doctissimus, personaliter læsi, etsi a viris magnis, eruditis, bonis amicis, non raro dissentiam. Hoc semper a me factum est incolumi amicitia, cultu et observantia. Dissidentes colam, et dissentientem me, sat scio, patientur, qui, si quid a me

A secus quam veritas ipsa postulat dictum frequentius fuerit, monentes lubens sequar, et ceram complanabo: dico monentes, non invadentes. Lectorem opto arbitrum, non adversarium, ut olim optime Stagiritis philosophus dixit. Atque hæc quidem tradita hactenus a tot viris sapientibus præcepta, si ἐν τοῖς τῶν ψυχῶν ἡρώοις, id est, in animorum nostrorum monumentis, uti libros vocat Themistius, seu ἐν ζώσαις εἰκόσι τῆς ψυχῆς, uti appellantur a Michaele Psello in Monodia inedita in Joannem Patricium sedulo exsequamur, præclaram in nobis morum civilium effingemus et ad posteros transmittemus imaginem. Sed hæc quasi per transennam, licet forte extra rem, dicta sint de his duntaxat qui ex hujusmodi inurbana *facilitate ac delectatione quadam reprehendendi*, ut loquitur Lupus abbas Ferrariensis (Epist. 26), plausum captare solent.

XXIV. Nos vero qui tot inter hujusce ævi eruditos ne minimam quidem obtinere laudem ultro cum dissertatore agnoscamus, nostras qualescunque commentationes, et quas interdum damus conjecturas, omnium judiciis libentes exponimus, ut qui a doctioribus, si lapsos nos contigerit, ob erroribus erigi haud gravate feramus. Proinde tantum abest, ut sententiam nostram de Hebdomi situ a viro el. improbari ægre tulerim, ut illius Dissertationem cupide statim arripuerim, ex ea quod me fugisset quidpiam consecuturus, *cum quædam scientiæ portio sil.* inquit Faustus Rhegiensis (in Epist. ad Paulin.), *scire quod nescis et ea quæ ignorantur non intelligis prudentur inquirere.* Neque enim sum.

. . . . . *tam stulte repugnans, aut amans prave mea  
Quin statim culpandum dolens, præbeam rectis locum.*

(Terent. Maur.)

*Sicut enim laudabile est a vera sententia non amoveri*, inquit Augustinus, (Contra Crescon., lib. III, cap. 3), *ita culpabile persistere in falsa, quam nunquam tenere prima laus est, secunda mutare, ut aut ex initio vera permaneat, aut, mutata falsa, vera succedat.* Verum, ut fatear quod res est, jure forte dubitabam an in istud disciplinarum genus oleum suum hactenus is contulisset, cum per sæpe contingat, ut illis etiam qui inter eruditos primas tenent, multa exoidant, quibus vacare non semper patitur ὁ βλος βραχύς, in amplissima præsertim omnis generis litterarum segete, quarum cæteroquin ἡ τέχνη μακρῆ, ἡ δὲ πείρα σφαλέρη, ἡ δὲ κρῖσις χαλεπή, siquidem hic aptare liceat verba medicorum principis: adeo ut si aliena forte studia attentent, statim vulgatum istud Aristophanis iis occinatur, Ἐρδοι τις ἦν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. Sed expectationem meam speciosum lemma fefellisse continuo adverti, nihilque novi ab eo allatum, quod ne minimum quidem a pristina sententia me dimovere, nec quemvis vel leviter in *Historiæ Byzantinæ* lectione versatum in illius partes abducere debuerit, cum in eo maxime, quod Hebdo-

mum, ut attigimus, septimum ab Urbe lapidem unice appellatum putaverit, reclamantibus quantumvis ab eo et a nobis laudatis scriptoribus, *ut qui a principio deviauit ab integro tramite, vagus ubique progrediens, quanto se currere fortius putavit, tanto plus errare necesse fuerit* (Pelagius PP. *Contra Pelagianos*). Verum in ea Diatriba, in qua reipublicæ litterariæ hactenus incognita primus vulgavit, præmela quadam pollicitatione, ne dicam ostentatione, spem nobis injecerat de Secundianarum Palatio novi aliquid dicturum, præter ea quæ in nostra *Constantinopoli* attigeramus, atque lumen quod nobis non affulsisset, quod in primis optabam, detecturum; sed in aliud tempus reservasse, vel certe promissi oblito id illi excidiisse par est existimare.

XXV. Hæc porro de Hebdomi situ a nobis observata haud ingrata fore lectoribus facile mihi persuadeo, ad iis potissimum qui evolvendæ Constantinopolitanæ Historiæ incumbunt: quæ quidem hic describere pretium operæ duxi, non tam ut dissertatoris, cujus eruditionem et acumen ingenii semper suspexi, sententiam de hac controversia convellerem, quam ut nostram viris doctis rursus proponerem: non tamen ea qua ille con-

ipsi voluntarie pro eis inimiciliarum intersunt pugnis? Et quidem nostre benivolentiae liberalitas, magnam hanc rem ponens, nullam reperit retributionem. Verumtamen retribuit, quantum tempus offert, et quae amicis et ministris sunt acceptabilia. Sunt igitur ea, quae retribuantur eis fidei sincereque servitutis remunerationes, nostra quidem liberali voluntate benivoloque animo minora et pauciora, non autem ignobilia aliqua, nec amicis vel servis indigna. Verum quid michi proemium vult? Fidelium gesta Veneticorum nullus de hominibus ignoravit. Qualiter autem miseris constructis navibus Epidamnum, quod nos Durachium vocamus, venerint: et viros navi pugnantes inno meros in auxilium nobis obtulerunt, proprioque stolto scelerosi stolum illius, potenter devicerint, perdentes cum ipsis viris; qualiterque adhuc nobis faventes permaneant; et alia, quae in mari laborantibus his videlicet viris peracta sunt, et quae correctae omnes noverunt, quanquam nos non dicamus? Eapropter ad remunerationem huiusmodi serviliorum eorum elementia nostra concessit per praesens crisobulum eos annualim tempore erogativi accipere sollemnium viginti libras, quatenus per ecclesias distribuantur proprias secundum velle suum. Honoravit autem et nobilissimum ducem honoratissima protosevastii dignitate cum salario ejus plenissimo; nec in persona ejus duntaxat honorem istum determinavit, nec indesinentem et perpetuum ac secundum successiones precepit eum fore ducibus, qui per tempora erunt. Similiter honoravit clementia nostra patriarcham eorum Ypertimum, id est superhonorabilem, cum salario librarum XX; et hunc honorem secundum successiones ad posteros patriarchas trasmisit, quatenus et his indesinens sit et perpetuus et non tantum persone ejus. Constituit autem serenitas nostra et sanctissimam ecclesiam sancti apostoli et evangeliste Marci. Venetiae existentem, ab uno quoque Amalfitanorum Constantinopoli et in tota Romana ergasteria habentium, et sub potestate dicti patricii existentium, uno quoque anno accipere numismata yperperera tria. Ad hoc largitur eis et ergasteria in embolo Peramatis id est transitus existentia, cum eorum solariis, qui introitum et exitum habent versus embolum, progredientia ab Ebrayca usque in locum, qui dicitur Vigla, et quae inhabitantur et quae non inhabitantur, et in quibus Venetici manent et Greci ut in ergasteriis; et tres scalas, quae secus mare sunt, et in manifesto spacio circumscribuntur. Largitur autem et sancto Quintino (10) pistrinum, quod in latere ejusdem ecclesiae est, et domui attinet Petrii et pensionem habet numismata viginti. Item largitur eis et ecclesiam sancti Andree, quae est Durachii, cum ibidem existentibus imperialibus pensionalibus, sine tamen apparatu, qui in eis repositus est, quasi de-

bens ad chelandia dari. Concessit autem celsitudo nostra et eos universas mercari species in omnibus Romanie partibus, videlicet apud magnam Laodiciam (11) Antiochiam, Mamistam, Adanam, Tarsum, Ataliam, Strorilum, Chium, Theologum, Fociam, Durachium, Aulonum, Korphum, Bunditiam, Methonum, Coronium, Nauplium, Corinthum, Thebas, Athenas Euripum, Dimitriadam, Thessalonicam, Chrysopolim, Peritheoriam, Avidum, Redestum, Adrianopolim, Aprum, Iracliam, Silimbriam, et apud ipsam magnam urbem, et simpliciter in omnibus partibus sub potestate nostre pie tranquillitatis existentibus, non praesentes quo modo pro qualibet propria merce quicquam commercii gratia vel alicujus alius conditionis, quae fisco debeatur, pacti videlicet xilocalami, limeniatici, portiatici, canischii, exafolii, archonticii et aliorum reddituum, quorum causa negociari debent. In omnibus enim mercationum locis data est eis a nostra sublimitate libera licentia, debens superiores eos facere et ipsa inquisitione. Excident autem et ab ipso eparcho parathalassia (11), eleoparcho genicho, commerciaris, kartularis, yppologis, et huiusmodi omnibus, nullo per loca principum vel aliorum servitia communis tractantium presumente aliquid eorum contempnere, quae hic diffinita sunt. Omnium enim specierum et mercium, quum (12) quispiam dicet, collata est eis negotiatio, et omnium emptionem faciendi habebunt potestatem, superantes omnem dationem. Hec igitur imperii nostri pietas sic dispensans sancit et precipit, nullum eis repugnare tanquam rectis et levibus clementie nostre (13) et contra hostes auxiliatoribus, et usque in finem seculi tales se fore pollicitis, nec quemquam omnino talibus sentire contraria, vel allegationes aliquas contra eos exercere, collatorum eis hic gratia ergasteriorum videlicet et scallarum. Cujuscunque enim juris haec sint, sive ecclesiastici sive privati aut publici sive sanctae domus, nullus tamen tanget ea, quae sunt nunc existentium fidelium celsitudinis nostre Veneticorum, et postmodum futurorum; quoniam multam benivolentiam et rectam voluntatem ergo imperium nostrum et Romaniam exhibuerunt, et hanc toto corde in perpetuum observare pollicentur, et pro Romano ordine ac Christiano prompte pugnare volunt et protestantur. Contra tales viros quis contradicet, aut quis placitum agredietur? Quam ob rem neque secretum Petrii aut Mirelei, neque familiarium alibus, neque monasterium sive templum sanctum, quibus videlicet collata ergasteria adlinent et scalle, contra nos movebunt. Erunt autem silentes et in dispensatione et dono sublimitatis nostre veraciter perseverantes. Si enim quae nostra vult celsitudo dignis accipere non largimur, ceu viriliter operatis accelerantibus, quibus unquam largiemur? Ea propter donabuntur

(10) Imo Ἀκινδύνη.

(11) De his nominibus conferantur doctissimae Tafelii notae l. I. p. 118 seq.

(11\*) Lib. albus: parathalassia; Lib. Factorum:

peratalisim.

(12) Lege quas.

(13) Adde dulis vel servis.

*collatorum immobilium sine ablatione et infestatione a modo per omnes et assiduos annos secundum comprehensionem practici horum traditionis, quod eis componi debet a prolo antiquo Georgio et notario nostre serenitatis Machitario, quod et firmum erit et stabile atque inviolabile in omnibus, que in eo continebuntur. Idemque debet in illis substerni secretis, in quibus et presens nostri potestatus substernetur chrysobulum, ad noticiam collatorum rectis (14) celsitudinis nostre Veneticis, et redargutionem illorum, qui istos horum gratia infestare niterentur. Erunt igitur semel hic diffinita omnia firma et inviolabilia et a nemine contempnenda. Si vero quispiam forte aliquid in hoc chrysobulo ordinatorum contempserit, inremissibiliter cogetur dare a secreto epi ton ikiakon auri libras decem; et ex eo solvetur ablati pretium in quadruplum, firmo et stabili existente presente chrysobulo celsitudinis nostre, facto mense Majo indictionis quinte decime in anno sex millesimo sexcentesimo, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium».*

« Igitur imperium nostrum hujusmodi confirmans chrysobulum, concedit et rursus habere effectum, secundum quod dictatum in principio fuit tunc cum eis collatum fuit, quatenus et sollemnium beneficium iterum accipiant, et honores dignitatum nobilissimus dux et sacerrimus patriarcha cum suis erogativis habeant, nec non et ipsi possessionem et fruitionem ergasteriorum et collatorum et scalarum sine ablatione possideant. Similiter vult clementia nostra, eos habere licentiam sine prohibitione negociandi, sine commercio et qualibet alia datione in omnibus numeratis in manifesto chrysobulo civitatibus et terris sub potestate nostre sublimitatis existentibus. Verum et sanctissime ecclesie sancti apostoli et evangeliste Marci, que est in Veneciis constituta, de Amalfitanorum ergasteriis per prefactum chrysobulum sine privatione eidem tradentur ecclesie. Quoniam vero ante non paucos annos ab hiis, qui quasdam merces Veneticis in Romanie regionibus vendunt, commercium exigi contigit, et obtinuit hujusmodi mos ut patet annis sufficientibus, rogaverunt autem et pro hoc clementiam nostram fidelissimi et amici nostre serenitatis Venetici, quatenus et hujusmodi corrigatur capitulum, eique hujus detur licentia et libertas, clementia nostra et hanc eorum petitionem adimplevit, et precipit per presens chrysobulum, ut nullus sub nostre majestatis potestate Romeorum cum Veneticis negociantium in omnibus Romanie terris, aut quando eis vendit aut quando ab aliquo eorum emit, det commercii gratia quicquam vel alicuius jus alius exactionis; sed excusentur et ipsi, seu hii, qui commercia dantibus negociantur. Verumtamen et Venetici debent ea, que per con-

« ventionem scripto peragendam a nuntiis eorum clementie nostre sunt jurejurando promissa, et firma et inviolabilia observare. Super hoc erunt ipsi juris sibi collati per presens chrysobulum sine ablatione donantes, per seculum omne firmo et inviolabili presente chrysobulo existente, facto mense Augusto indictionis quartæ sex millesimi sexcentissimi trigésimi quarti anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium. »

« Hæc igitur sunt, que a perpetue memorie imperatore et avo imperii nostri et ter beato imperatore domino et patre celsitudinis nostre fidelissimis imperio nostro Veneticis per chrysobula illorum collata sunt; que etiam chrysobula et nostrum pium imperium corroborat per presens chrysobulum, et jubet effectum ea habere, secundum quod eum usque ad migrationem ad dominum inter imperatores perpetue memorie ter beati domini et patris nostre sublimitatis habebant. Venetici autem solita sibi sacramenta facientes observabunt fidem et servitutem, quam nostre celsitudini debent et Romanie, ipsis operibus puram et vere rectam. Quoniam vero, ut relatum fuit clementie nostre a nuntiis Veneticorum in magna urbe presentibus, impetrare Venetici preceptum quidem inter imperatores semper memorandi imperatoris, domini et patris imperii nostri, licentiam ipsis largiens sine prohibitione et per insulas negociandi, videlicet Ciprum et Cretam, per quod et sine commerciis debeant custodiri ubique terrarum imperii nostri pro hiis omnis generis speciebus, quas ipsi ab eisdem insulis mercabunt, nequivit autem tenor ejusdem precepti adhuc effectum recipere, quam ob rem et nunc usque Venetici collato ipsis per hujusmodi preceptum beneficio carent; petieruntque ab imperio nostro precipi, quatenus beneficium, quod in predicto continetur precepto semper memorandi imperatoris domini et patris imperii nostri, et adhuc caret effectu, amodo potius effectu; clementia nostra ob fidem et servitutem, quam erga sublimitatem nostram exhibent et deinceps exhibere pollicentur, hujusmodi petitionem eorum exaudiens concedit et precipit, sine prohibitione per manifestas insulas, Cyprum videlicet et Cretam, eos negociari, nemine quidquam ab eis exigere presumente horum gratia, et sine commerciis ubique terrarum imperii nostri custodiri secundum superius scriptas conditiones. Igitur ut et ipsi certitudinem habeant de in presenti chrysobulo diffinitis, presens chrysobulum est compositum, factum mense Octubri indictionis undecime anni sex millesimi sexcentissimi quinquagesimi sexti, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium. »

Hoc igitur chrysobulum sic continens beati transitus et semper memorandi imperatoris et patris

(14) Adde *datis vel servis*.

imperii nostri magni Manuelis confirmans et nostra pietas per presens chrysobulum verbum imperii nostri, concedit et precipit, ipsum videlicet, et que in ipso chrysobulo verbo notificantur semper memorandorum Imperatorum, proavi scilicet imperii nostri Alexii Comnani, et magni patrum imperii nostri Johannis Comnani, firma et inviolabilia permanere in omnibus, que continent, et conservari personas et res universas fidelissimorum celsitudini nostre Veneticorum salvas et illesas ab omni homine sublimitatis nostre, nec non et ab ipso imperio nostro in omnibus clementie nostre terris, et in terra et in mari, habere et predictos

A Veneticos et universa ipsis data et concessa a manifestis semper memorandis imperatoribus omnimode inviolabilia et absque ulla diminutione, secundum quod eis data fuerunt et concessa, presente chrysobulo verbo imperii nostri firmo et inviolabili permanere debente in omnibus, que continet; facto mense Februario presentis quinte indictionis sex millesimi sexcentissimi nonagesimi quinti anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium.

YSAAKIUS in Christo Deo fidelis imperator  
et moderator Romeorum Angelus.

## IV.

AUREA BULLA DE LOCIS A VENETIS CONSTANTINOPOLI POSSIDENDIS [15]. (A. 1187).

Quoniam Venetici ad imperium nostrum accedentes et ab eo ad servitium celsitudinis nostre recepti cum ceteris, que postulaverunt, ab imperio nostro petierunt nostram deposcentes serenitatem, confirmari et quod super practico collatorum eis in magna urbe a semper memorando imperatore et desideratissimo patre imperii nostri, domino Manuele Comnano, habitaculorum videlicet et liberorum locorum, nec non et littoralis scale, factum est chrysobulum verbum ejusdem semper memorandi imperatoris, quatenus sic nullo modo suspicionem aliquam habeant, quicquam horum fore avulsam: Imperium nostrum hujusmodi deprecationem eorum nolens abicere, presenti chrysobulo suo confirmat predictum chrysobulum inter imperatores famosi imperatoris et patrum nostre serenitatis, quod ad verbum sic continet:

« Si eos, qui fide et devotione optimi sunt erga illos, qui per tempora optinent imperii gubernacula, oportunitate magna beneficia ab ipsis consequi, magis autem si contigerit eos anime statum generosum habere atque audacem, ut ad similem zelum reliqui irritentur, et ne hujusmodi virtute inhonora persistente et contrario ei vitio reprehensionem veritate (16), raritas valde necessarium prerogativarum a deo salvato Romanorum exercitui fiat: nequaquam quod a deo est imperium nostrum ingenuos nautas et fidelissimos celsitudinis nostre Veneticos, in hanc imperatoriam urbem venientes, decet prorsus spernere a petitione decedentes (17), quam nunc imperio nostro porrexerunt, quum et ipsi consuetas genitoribus suis fidem et devotionem erga Romaniam et celsitudinem nostram rursum ostenderunt, et ab imperio nostro vocati in congressum contra eum, qui potestatem habet Sicilie, et omnimodam pugnam contra eum et stolum ejus, nec non et terram ejus,

B parati et prompti apparuerunt. Ut enim predictus Sicilie dominus Rogerius didicit, incustoditas fore partes imperii nostri, que circa Greciam et Peloponnesum sunt, et insulas terras imperii nostri, que circa eisdem terras sunt, dum sublimitas nostra vacaret susceptioni et ducatu earum, que paulo ante per terram imperii nostri transierunt, innumerabilium expeditionum, Alemannorum videlicet et Franchorum, et paratum (18) cum ipsis esset contra impios Agarenos ad expeditionem faciendam per stollum missionem, ejusmodi regionem celsitudinis nostre, secundum quod ei possibile fuit, depopulatus est; cumque quod factum est ad predictorum Veneticorum aures pervenisset, hii hoc tanquam proprium dampnum reputaverunt, et confestim ad apparatus cooperandi, ut id quod factum est omnimode vindicaretur, consurrexerunt et suum servitium prompte celsitudini nostre sponderunt. Porro et in reliquis regionibus imperii nostri transmiserunt, quatenus, qui invenirentur compatriote eorum, venirent et servirent et ipsi in ejusmodi Romanie et imperii nostri servitio usque ad complementum totius mensis Septembris futuri (19) cum deo indictionis duodecime. Ad remunerationem igitur hujusmodi eorum servitii, quod ut dictum est facere promiserunt, quoniam majores (20) vice universe, que per tempora huc venit, Veneticorum multitudinis adaugeri sibi et mansiones et embolum et scalas, in quibus naves eorum in portu stant, certificantes, se non modicum angustari, et quod non possint hiis solis, que ipsis data sunt a beate memorie imperatore et avo imperii nostri in hac civitatum imperatrice, contenti esse: largitur eis imperium nostrum per presens chrysobulum suum que petierunt, habitacula et libera loca et littoralem scallam, que expresse numeranda et scribenda sunt in eo, quod iustum est fieri, practico

(15) Ex libro albo et libris pactorum post Marianum I. I. tom. III, p. 293 nuperrime ediderunt Tafel et Thomas sæpius laudati, tom. I, p. 189-195.

(16) Editores conj. *inveniente* s. *excitante*. Sensus postulat, ut *evitante* legamus.

(17) I. e. *ἐπιπροντας*.

(18) Scilicet imperium nostrum.

(19) *Lego futarue*.

(20) Lib. pactorum, *per majores*. Unde editores conjecerunt, *petierunt majores*.

traditionis eorum corporalis ab aedesimotato Epi-  
phanio Tuglica, certificari debente per superscri-  
ptionem familiaris hominis celsitudinis nostre Jo-  
hannis Pepagomeni et sterni in congruis secretis,  
in quibus et presens nostre serenitatis chrysobu-  
lum sterni debet, quatenus et hec optineant, sicut  
et que prius a semper memorando imperatore et  
avo imperii nostri eis data sunt, servire debentibus,  
ut superius monstratum est. Determinatio igitur  
eorum, que per chrysobulum presentis scripti eis  
collata sunt, habet sic :

« Incipit ab ipsa Vigla, et procedit versus orien-  
tem. Tenet embolum et que versus septemtrionem  
et meridiem sunt cum solaris habitacula, et pro-  
cedit usque ad fornicem conjunctum muro hospi-  
talis sancti Marciani, comprehendens et loca, in  
quibus stant octo numulariorum tabule. Ascendit  
paululum versus meridiem ab ipsa Vigla. Tenet ad  
modicum et aliud embolum, et pervenit usque ad  
primum fornicem ejusdem emboli, comprehendens  
triclinarium altum domicilium Mili. Versus orien-  
tem ejusdem emboli secundum duas partes humi-  
lem domunculam cum acini tecto ejusdem mo-  
nasterii, et que in equali hujus est, modicam cur-  
riam, que dicitur Aristini, et habet longitudinem  
brachiorum octo cum dimidio, et latitudinem sep-  
tem cum tertia. Preter ea, que sunt versus orien-  
tem habitacula diacone (21) Precursoris, debenti-  
bus obturari januis hujusmodi habitaculorum, que  
educunt in manifestam curiam. Versus aquilonem  
tria ergasteria cerulariorum. Ycanati duas station-  
es, in quibus panes venduntur, et loca tabularum  
duarum nummulariorum ejusdem monasterii Mili.  
Incipit rursus ab ipso fornice predicti hospitalis ;  
tenet publicam viam, que versus occasum est ejus-  
dem hospitalis, et progreditur usque ad portam,  
que est juxta parvum templum Precursoris. Exinde  
rursus dimittens premonstratam portam quasi ver-  
sus orientem transit per murum civitatis, et perve-  
nit usque ad semitam, que dividit jura monasterii  
Akymitero (22). Exinde ascendit modicum versus  
meridiem, tenens eandem publicam semitam, ha-  
bentem in latitudine brachia tria, et, ut dictum  
est, dividens mansiones monasterii Akymitero,  
et perveniens usque in finem domicilii ecclesie  
Perivlevi (23), ita ut a muro civitatis per equali-  
tatem ejusmodi semite usque ad finem domicilii  
sint brachia viginti sex. Flectitur versus orientem,  
tenens murum ecclesie sancti Nicholai, relinquens  
a dextris quidem monasterium sancti Nicholai, a  
sinistris vero domicilium monasterii Berivlevi, et  
progrediens usque ad alteram semitam versus  
orientem muri sancti Nicholai. Rursus flectitur et  
ascendit parumper versus meridiem eandem semi-  
tam, et ascendit versus orientem, dividens domi-

A cilia sancti Nicholai, a sinistris pistoricum erga-  
sterium sancti Marciani, quod est junctum mansio-  
nibus sancti Nicholai. Supergreditur rursus aliam  
tertiam semitam, et pervenit usque ad aque cur-  
sum, que a Vigla descendit, relinquens a dextris  
alia habitacula sancti Nicholai, a sinistris domici-  
lium sancti Marciani et pensionales domos mona-  
sterii Parakymomeni. Iterum progreditur versus  
meridiem, comprehendens vacuum locum ejusdem  
monasterii Parakymomeni, qui versus orientem  
jacet domorum sancti Nicholai, et procedit et re-  
greditur usque ad Viglam, unde et incepit, dimit-  
tens quidem a dextris domos monasterii sancti  
Marci, a sinistris vero aque cursum. Ejusmodi de-  
terminationis spatio comprehenduntur ea, que sunt  
versus orientem aque cursus, descendens a Vigla  
versus portam Canavuci, habitacula et vacuus ma-  
gnus locus, qui usque ad publicam viam versus  
occidentem progreditur sancti Marciani a muro  
civitatis et usque ad embolum, per presens chry-  
sobulum verbum datum. Et ea, que sunt versus  
occidentem aque cursus a muro civitatis, qui in  
equali semite est, dividens jura monasterii Aki-  
miton, et usque ad domos sancti Nicholai et sancti  
Marci, cum parvo vacuo loco monasterii Paraky-  
momeni. Et simpliciter omnia, que inhabitantur et  
que non inhabitantur, habitacula et vacua loca, in  
predicto spatio comprehensa. Adhuc cum his com-  
prehenditur et que est in littore scalla sancti Mar-  
ciani, que hodie a Chrysobasilio possidetur, cum  
universa ejus comprehensione et continentia, et  
que in ea sunt domibus et ergasteriis.

C « His sic ab imperio nostro donatis per presens  
chrysobulum verbum celsitudinis nostre, exceptis  
proximantibus his donatis, portis videlicet, muris  
et cortinis murorum civitatis, habebunt Venetici  
hec, devotionem et fidem, quam imperio nostro  
debent, servantes, secundum quod et per ea que  
prius adepti sunt chrysobula hanc servare conen-  
tur (24), cujuscunque juris sint, sive ecclesiastici  
juris sive rei publice sive private sive sancte do-  
mus vel monastice, nulla accione locum exercendi  
habente contra eos gracia horum. Si vero quispiam  
forte infestationem eis induxerit gracia convin-  
cendi aut auferendi quicquam eorum, que eis, ut  
dictum est, data sunt inremissibiliter multabitur a  
secreto epi ton ykiacon (25) in decem libris auri,  
firmo et rato existente presente chrysobulo verbo  
clementie nostre, facto mense Marcio indictionis  
undecime sex millesimi sexcentessimi quinquages-  
simi sexti (26) anni, in quo et nostrum pium et a  
deo promotum subsignavit imperium. »

Hanc igitur Veneticorum deprecationem impe-  
rium nostrum nequaquam abiciens, confirmat sic  
contineus chrysobulum verbum inter imperatores

(21) *Lege: diaconi.*

(22) *Lib. Factorum Acymitorum, i. e. τῶν Ἀχοι-  
μητῶν.*

(23) *Τῆς Περιβλήπτου.*

(24) *Editores conjiciunt: tenentur.*

(25) *Ἐπὶ τῶν οὐκειακῶν.*

(26) *Numerum sexti editores suppleverunt.  
Recte.*

semper memorandi patrum celsitudinis nostre, domini Manuelis, per presens chrysobulum verbum, et jubet intactum hoc manere et inviolabiliter in omnibus, que precipit, dans et concedens Veneticis, habere et rursus que in ipso notificantur domos sine mutilatione secundum ipsius comprehensionem, ut ab imperio nostro ipsis datas. Super hoc enim et presens chrysobulum verbum clementie nostre factum est, firmum et ratum permanere de-

bens, quousque et Venetici conservabunt sine fraude et malo ingenio ea, que per conventionem et sacramentum imperio nostro debent.

Factum mense Februario quinte indictionis sex millesimi sexcentissimi nonagesimi quinti anni, in quo et nostrum a deo promotum subsignavit imperium.

ISAACIUS in Christo deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

## V.

## PACTIO CUM VENETIS [27]. (A. 1187.)

Oportuit equidem et Venetie revocationem et in Romaniam et in pristinam unionem, quam cum ea habebat, reversionem et restitutionem, sepe quidem excogitatam, diversis vero occasionibus impeditam et in diebus inspectam nostre pie tranquillitatis, quam deus, interpositum inimicitie deponens parietem, tam prope quam longexistibus tanquam pacis angelum misit, nunc pro fine (28) accipere, profecto ad utilitatem quidem Christianorum, minime autem ad incommodum Romanie ut imperium nostrum confidit. Nam et aliis temporibus celsitudinis nostre antecessoribus Venetici servientes utiles Romanie apparuerunt, devocionem ei maximum in necessariis temporibus exhibentes, et ei nunc melius servitium pollicentes, sic ipsum sacramentum et convencionem imperio nostro corroborantes:

« Non est conjuncta Venetia, nec unquam conjungetur alicui coronatorum vel non coronatorum, sive gentium vel nationum alicui contra imperium domini Isaaci Angeli, donec vixerit, vel heredum ejus masculorum vel feminarum, qui vel que imperabunt, vel illorum, qui ex precepto eorum imperabunt, ad nocendum Romanie particulariter vel universaliter; nec per se unquam ei nocebit.

Item, quocienscumque principum aliquis coronatorum vel non coronatorum, vel gentium aut nationum aliqua contra Romaniam venit offendendum eam cum galeis quadraginta vel pluribus, usque ad centum (29), et indiget imperium ejus vel heredes ejus mares vel femine, qui vel que imperabunt, vel illi, qui ex precepto ejus imperabunt, servitio Veneticorum cum galeis quadraginta et usque ad centum, debent illud habere infra menses sex post datam noticiam Duci ab imperio eorum Venetie. Hujusmodi vero galee debent Venetie fieri et parari a Veneticis cum universo apparatu earum per pecuniam illuc missam ab imperio eorum, vel inventam ibi a parte celsitudinis eorum, Veneticis dare debentibus homines aptos, ut unusquisque eorum presit preparationi

quinque gallearum; qui et jurare debent, quod facient eas bene fieri ut unam quamque earum centum quadraginta fore romatorum (30) et cum omni apparatu earum, cum celeritate et sine fraude, secundum quod facerent eas fieri, si galee essent Venetie, aut si cum pecunia fieri deberent Venetie. Et unusquisque eorum debet accipere de vestiario domini imperatoris liberalitatis gracia yperpera sexaginta.

Item comites hujusmodi gallearum debent jurare super sancta dei evangelia, quod in una quaque earum erunt centum quadraginta homines, si tot hominum roga eis data fuerit, exceptis morientibus (31) et sine noticia eorum aufugientibus. Verum tamen comites festinabunt, bona fide recuperare datam eis rogam; et si eam recuperare possunt, inducent alios pro eis in galeas eorum, vel reddent eam homini domini imperatoris.

Item jurabunt comites, quod universum apparatus ipsis traditum conducent ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli. Homines autem gallearum talem debent rogam accipere, qualem Venetici apud Coryphum accipiebant.

Item et, si imperium eorum voluerit in numero hujusmodi centum gallearum servitium Veneticorum in tota Romania inventorum, debet illud habere cum tot scilicet galeis, quot armari poterunt de inventis Venetis, ex quatuor tribus in galeas inductis secundum numerum inventorum Veneticorum cum et manifesta roga. Verum tamen non cogentur galleas ingredi viginti annorum homines et infra, neque sexaginta annorum et ultra.

Stolus autem noster capitaneum vel capitaneos Veneticos debet habere, qui et jurare debent, quod conducent eum ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli bona fide et sine fraude usque ad stolum celsitudinis eorum. Et si stolus noster, antequam imperii eorum stolo uniatur, aliquem stolum inimici imperii eorum invenerit, et eum offendere vel expugnare voluerit, faciet sic sine fraude et malo ingenio aliquo. Postquam vero

esse videntur. Habentur tamen etiam infra Nov. xi.

(30) Libri pactorum, *remotorum*; Marin: *remigatorum*.

(31) Marin, *morientibus*. Sic inf. Nov. xi.

(27) Post. Marin l. l. III, p. 282 ex libro albo et libris pactorum ediderunt Tafel et Thomas l. l. I, p. 195-203.

(28) I. e. εις τέλος δια τελους. Marin: *per finem*.

(29) Verba usque ad centum hoc loco expungenda

**stolus noster stolo imperialis celsitudinis unitus fuerit, debent numerari homines, qui in galeis erunt, a capitaneo stoli imperii eorum, si ipse voluerit : et inventi quidem erunt in servitio celsitudinis eorum ; absentes vero bona fide festinabunt reperire, si possunt, numerumque supplere. Insuper capitaneus vel capitanei nostri stoli et comites et naulerii et prodenses et decemviri de unaquaque galearum jurabunt, quod præcepto capitanei stoli imperatorie majestatis obedient ad honorem imperii eorum et salutem nostristoli, sine fraude et malo ingenio ; et quod una cum stolo imperii eorum persequentur stolum inimici majestatis eorum, sive Christiani sint sive pagani, et ledent et expugnabunt eum et expellent, inferentque ei malum quod poterunt, bona fide, sine fraude et malo ingenio, et impugnabunt eum, quousque et stolus imperatorie sublimitatis eum impugnet bona fide et sine fraude. Et si aliquam terrarum inimici imperii eorum ceperint, debemus in ea habere ecclesiam, embolum et scalam, et conversari sine omni datione. Verumtamen stolus celsitudinis eorum debet tantus esse, quantus et noster est, vel amplior. Postquam vero hujusmodi servitium imperii eorum peregerint, debent de galeis egressis Venetia tot ad suam habere reversionem, quot eis necessarie erunt convenienter et sine fraude, bona fide.**

**Item, postquam hujusmodi galee Venetiam pervenerint, si imperium eorum voluerit eas iterum a Veneticis in Romaniam reduci, reducentur ; et unusquisque eorum, qui eas reducent, debet habere pro mercede id, quod fuerit conveniens secundum tempus. Si autem imperatoria celsitudo per alias personas vel per aliam aliquam dispensationem voluerit hujusmodi galearum reversionem fieri in terram imperii eorum, fiet et hujusmodi earum reversio licite. Et si voluerit eas Venetie custodiri, custodientur ad honorem imperii eorum, ac si essent proprie Venetie, sed tamen cum imperiali expensa.**

**Item, si ob aliquod gravamen nequiverint hujusmodi galee secundum præfixum terminum venire Venetia, debent in servitium stoli imperii eorum ingredi omnes inventi in Romania Venetici, de quatuor tres, secundum quod superius statutum est, cum et manifesta roga.**

**Item, si imperio eorum expedit auxilium ad defensionem terre celsitudinis eorum ob aliquem inimicorum in Romaniam ingressurum cum galeis quadraginta vel pluribus, et nequiverit Venetiam mittere pro adiutorio, debet imperatoria celsitudo inducere ad defensionem terre imperii eorum contra hujusmodi inimicum Veneticos, in magna urbe videlicet et circha eam existentes versus**

**A** ortum et versus occasum, et ab ea usque Avidum et in eadem civitate similiter inventos, nec non et in terris, que infra sunt usque Phyladelphiam et in ipsa civitate, et usque Adrianopolim et in ea similiter existentes de quatuor tres, cum tot scilicet galeis, quot armare poterunt, inventi secundum supradictum ordinem, cum et manifesta roga.

Tali itaque modo talique ordine juvabunt (32) et defendent Romaniam Venetici contra omnem hominem coronatum et non coronatum, et contra omnem gentem, volentem ledere eam, secundum quod superius ostensum est, salva tamen concordia, quam cum nobillissimo rege Alemannie habent, quousque dissoluta non fuerit : postquam vero dissoluta fuerit, debet eadem et contra regem Alemannie facere pro imperio eorum et Romania ; et salva conventionione interventione interea Veneticos et nobillissimum regem Sicilie Vilielmum facta, que protenditur usque in annos septem et menses novem, computandos a principio Januarii mensis presentis sexte indictionis. Verumtamen et contra regem Sicilie, quandocumque ipse argumentabitur offendere Romaniam infra annos conventionis inter eos facte, venient Venetici infra quatuor menses post datam de hoc noticiam duci ab imperio eorum Venetie ad adjuvandum Romaniam et defendendum eam cum galeis quindecim bona fide. Verumtamen de galeis et roga debet fieri, secundum quod superius dictum est.

**C** Item, si imperium eorum voluerit homines aut vestitaria Venetiam mittere gratia conducendi milites a Lombardia vel ab alia terra, et dispensandi ea, que ad honorem et utilitatem terre spectant celsitudinis eorum, licite faciet hoc, si hoc non est contra Venetiam. Homines autem Venetie debent homines et vestitaria sublimitatis eorum recipere, et defendere et homines et pecuniam ab omnibus inimicis. Verumtamen imperium eorum non debet Venetia educere stolum vel exercitum contra aliquem, cum quo Venetici habeant unionem et amorem.

**D** Item, si imperatoria celsitudo voluerit milites in Romaniam transducere per Venetiam, licite faciet et hoc, nisi ipsi manifesti inimici Venetie fuerint, aut Venetia impedita fuerit. Nam transacto impedimento licebit transire, sive soli fuerint, sive cum familiis. Talia igitur servitia debent Venetici imperio eorum et Romanie facere, nisi ab aliqua coronatarum personarum vel magnarum terrarum manifestam inimicitiam habeant, adeo quod ipsi servitium facere nequeant, sine fraude et malo ingenio.

Item duces Venetie, qui per tempora erunt, jurabunt, quod imperio ejus et hæredibus ejus masculis et mulieribus, qui et que imperabunt, vel hiis, qui ex præcepto eorum imperabunt, fidelitatem. . . debebunt (34) Venetie, secundum

(32) Idem : jurabunt.

(33) Malim *interventa*, Græca dictione. Marin *interveniente*.

(34) Hunc locum haud dubie lacunosum sic ex-

plet Nov. XI infra : « fidem servabunt etiam eam contra omnem hominem coronatum et non coronatum, salvo eo quod per juramentum debent Venetie. »

quod nunc dux Venetie, Aureus magistro Petrus, **A** juravit.

Debitores fisci et Romeorum reddent omnia que ex debito debent. Et si debitor non habet, unde debitum reddat, debet creditor habere justitiam de debitore; si autem his obierit, de hæredibus ejus.

Item, si inimicus imperatorie celsitudinis supervenerit ad impugnandum terram imperii eorum, in qua Venetici sunt, debent ipsi defendere eam, et inimicum expellere ab hujusmodi terra, velluti possunt, bona fide et sine fraude.

Hanc itaque conventionem firmam et sacramentum firmum Venetici observabunt, et neque ob illatam eis iram semper memorandi imperatoris porphyrogeniti domini Manuelis, neque ob aliquam aliam occasionem eis factam hujusmodi sacramentum infringent, neque ob præceptum, vel timorem alicujus coronatorum vel non coronatorum, neque ob ecclesiasticam excommunicationem vel absolutionem alicujus pontificum, aut ipsius pape Romani. Igitur hec omnia Venetici observabunt bona fide et sine fraude, quousque et ab imperio ejus et futuris imperatoribus integre conserventur ea, que promittuntur nobis a domino imperatore Romanorum et semper augusto domino Ysaakyo Angelo per chrysobulum imperii ejus.

Heo quidem sunt, que Venetici imperio nostro et Romanie per conventionem sponderunt. Quoniam vero et per juramentum hec eadem manifestus videlicet dux Venetie et manifestati Venetici confirmaverunt, imperii nostri clementia hujusmodi eorum conventionem juramento corroboratam benigne recipiens, in pristinam unionem, quam cum Romania habebant, eos restituit. Et renovans chrysobula eis facta ab inter imperatores semper memorando imperatore et patre imperii nostri, domini Manuelis Comnani (35), promittit per suum chrysobulum verbum, eos conversari in universis terris nostræ pie tranquillitatis per terram et per mare absque omni datione secundum comprehensiones hujusmodi chrysobulorum, et fore salvos et intrepidus in personis et pecuniis eorum tam ab hominibus imperii nostri quam ab ipso imperio nostro, et habere omnes districtus, quas habebant tempore illate eis ire semper memorandi imperatoris et patris imperii nostri domini Manuelis Comnani, ipsisque Veneticis reddi et omnes res eorum, que in palatiis et monasteriis fuerunt, et que in vestiarius intraverunt et alia loca scripto et non scripto. Set et pro rebus, que manifeste non reperientur, dabit serenitas imperii nostri homines sufficientes, eisque præcipiet, quatenus res Veneticorum studiosè querant et reperiant, ac si de

vestiario imperii nostri ablate essent. Qui et **Jurare** debent, quod secundum præceptum imperii nostri studebunt invenire et accipere hujusmodi res ad honorem clementie nostre et utilitatem Venticorum. Et si aliquid de hiis venditum est, et dixerit Veneticus fraudulenter illud fore venditum, jurabit ille qui vendidit, quod bona fide rem Venetici vendiderit et pro tanto, quanto eam vendere quivit, et quod nec plus inde acceperit nec accepturus est, nisi quantum dixit, si propinquus imperii nostri non fuerit. Veruntamen et de propinquis celsitudinis nostre et de aliis debet fieri cauta justitia, secundum quod deberet fieri pro rebus ablatis de vestiario nostro imperii nostri.

Item et, si pro servitio, quod imperio nostro facient vel imperatoris secundum quod dictum est, supervenerit eis inimicitia a coronata persona vel a magna gente, debet imperium nostrum vel imperatori per tempora eos juvare, secundum quod juvare deberet unam de magnis Romanie civitatibus, excepto, si pro quindecim galeis, quas imperio nostro dare debent infra tempus pacis, quam cum nobillissimo rege Sicilie Villielmo habent, eis supervenerit. Nam si pro jam dictis galeis inimicitia eis evenerit, debet imperii nostri serenitas eos juvare secundum suam voluntatem. Et si imperium nostrum vel imperatori, secundum quod dictum est, fecerit pacem vel treuam cum aliquo inimicorum, contra quem Venetici imperio nostro servient, debet imperium nostrum eos introducere in hujusmodi pacem vel treuam. Et si stultus celsitudinis nostræ una cum Veneticorum stolo aliquam terrarum inimici imperii nostri cepit, debent in ea habere Venetici ecclesias, embolum et scalam, et fore absque omni datione. Debitores vero Veneticorum Romei debent persolvere omne, quod ex debito debent creditoribus Veneticis. Si autem debitor non habuerit, unde debitum persolvat, habebit justiciam Veneticus de Romeo; si vero ipse decessit, de hæredibus ejus.

Conservabuntur igitur hec firma ab imperio nostro et ab heredibus, ut dictum est, et successoribus imperii nostri, quousque et a Veneticis firmiter et sine fraude et malo ingenio conservantur superius notificata. Super hoc enim et presens chrysobulum verbum imperii nostri eis collatum est, firmum et inviolabile permanere debens.

Factum mense Februario presentis quinte indicationis sexmillesimi sexcentissimi nonagesimi quinti anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium.

Ysachus in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

(35) *Legè : domino Manuele Comnano.*



## VI.

FACTUM CUM VENETIS DE DAMNIS RESARCIENDIS [56]. (A. 1189.)

Confirmata equis est jam conventionibus scriptis, per sacramenta corroboratis a nobilissimo et imperii nostri fidelissimo duce Venetie, Aurio magistro Petro, qui dignitate protosevasti a nostra sublimitate decoratus est, et ab universa Venetie plenitudine imperio nostro et Romanie, fides et servitium Veneticorum nichilque deest eorum inviolabilissime securitati. Quoniam vero opportunum erat, Venetie satisfieri in his, que a nostra serenitate ei promissa sunt, videlicet in redditione rerum, que Veneticis ablata fuerunt tunc, cum a semper memorando imperatore et desiderantissimo celsitudinis nostro patre, domino Manuele Comneno, capti fuerunt, et exhibitione centenariorum quatuordecim yperpeporum, que ultra eam ipsis promissa sunt ob causam, que in crisobulo pro hiisdem edito notificantur, ob quos (57) et unum yperpeporum eis preimpensum est. Quippe et nuntii ad nostram clementiam missi sunt: primo quidem Petrus Michael, Octavianus Quirinus et Johannes Michael, conventionem suam, quam imperio nostro et Romanie fecerunt, juramento corroboratam equidem offerentes, et que ipsis promissa sunt per chrysobulum, ut dictum est, exigentes: deinde vero sonori (us) nobilissimi et imperio nostro fidelissimi duces Venetie Petrus Cornarius et Dominicus Memmus, procurator ecclesie sancti Marci, inunctum profecto habentem (38) agendi simul cum precedentibus; reppererunt quidem clementiam nostram ipsorum petitioni annuentem, et ad perfectionem eorum, que ab ipsis postulatur, paratam. Verum universalis annullatio et perditio rerum, que ablata ipsis fuere, voluntati bone serenitatis nostre, quam erga ipsos clementia nostra habebat, impedimento equidem stabat. Idcirco nostra serenitas illos imitata viatores, qui a via, ducente ad id quod volunt diversorium, modicum declinantes, quando quidem sic casu, que recte via sunt, prospere eis non jacent, per aliam viam ad idem pervenire coguntur, et ad eundem finem deveniunt, quamquam per aliam viam; et ad verba veniens cum jam dictis legatis pro rerum eorum inventione, quia in possibili eam jacentem nequaquam comperiebat, alium modum eis precipit reperire, per quem talio eis fiat rerum eorum, que ceu superius notificatum est ex promissione reddi quidem debebant, non autem reperiebantur, et ob hoc suam redditionem inter impossibilia ponebant. Ipsi autem multum habentes studium, sue terre proficuum invenerunt. Et habundanter nostre supplicant serenitati super his, que ad restaurationem sibi fieri volunt, et parti Venetie dari possunt per embolum et per

A pensionalia et scalas maritimas, embolo pridem ab ipsis habito adjacentes, annum introitum librarum yperpeporum quinquaginta.

Et nostra pia tranquillitas hujusmodi eorum petitionem nullo modo renuit. Quemquam enim grave celsitudinis nostre videtur, latitudinem infra magnam urbem gentibus exhibere; verumtamen, quia non ut alienigenas, immo ut aborigines Romanos genus Veneticorum nostra serenitas reputat, tantumque pro Romania dolent, quantum et ipsi Romani, tantamque erga eam habent devotionem, quantam et erga terram, que eos emisit, non eis tantum, quantum Romanie donandum esse videtur, quantumcumque eis largiatur? Quapropter et nostra clementia jubet per presens chrysobulum verbum, habere Veneticos universa alia, que a nuntiis eorum postulata sunt, ipsosque embulos Allemanorum et Francigenarum et maritimas eorum scalas, que in presentia grammaticorum nostre serenitatis, Constantini Padiadite et clarissimi protonobilissimi Nichite Valianite, ab acdesimotato Constantino Petriota per practicum eis tradita sunt; quod debet corroborari quidem per superscriptionem pansevasti et nostre sublimitati familiaris archicancellarii, domini Johannis duce; cognitum autem fieri et congruis secretis eum presente chrysobulo imperii nostri. Quorum equidem omnium annuus introitus quinquaginta libris constat yperpeporum, secundum quod ex tradicionis istorum practico composito patet. Quamvis enim et per chrysobula verba manifesti emboli cum maritimis scalis Allemannis et Francigenis collati sint; veruntamen, quia non toti genti Allemano- et Francigenarum, sed paucis quibusdam extorribus et maxime incognitis, nec determinatam quantitatem affquam servitio Romanie imponentibus, sed tanquam quantam caru pervenit (39), hujusmodi beneficium Romanie factum fuit, quoniam multum quidem est lucrum sic embolos et scalas habentibus, modicum autem est proficuum ex eis Romanie proveniens: convenientes servitium ex universitate gentis Romanie proveniens servitio paucorum et ex dispersione congregatorum nostra excellentia pretulit. Et vacationem quidem crisobulum eorum irrogat; embulos vero eorum et scalas Veneticis confert, concedens possidere ipsos tam omnia alia, quam et hujusmodi embolos, secundum quod et eum quem nunc habent embolum, quousque erga imperium nostrum et Romaniam suam conventionem inviolatam custodiunt nunc existens nobilissimus dux Venetie et post eum futuri duces Venetie et universa ejus plenitudo, nec non et omnia, que per conventionem

(56) Post Marin III. p. 304, ex libro albo et libris pactorum ediderunt Tafel et Thomas I, p. 206-211.

(37) Editores conj. *ob quod*.

(37) *Idem conj. habentes. Recte.*

(36) Lib. pact. et Marin *provenit*, non male.

ab hiis promissa sunt et jurejurando corroborata, A conservant ; et omnem introitum eorum accipere, nequaquam a fisco vel ab aliqua personarum, quibus hec attinent et quibus hec ablata ipsis dantur, infestationem aliquam manifestis Veneticis subire debentibus, quamquam monasteria sint sive sancte domus aut imperio nostro propinque vel alie ; quoniam clementia nostra introitus de his provenientes talionem (40) eis factura est, possessionemque inseditiosam Veneticis facit.

Porro serenitas nostra benignitatem, quam eis exhibuit, nequaquam hucusque statuit, immo et alium centenarium unum yperperorum eis largitur ultra ante datum eis centenarium unum yperperorum; et residua quatuordecimcentenaria yperperorum; de quibus duo quidem cum dimidio extemplo jam eis dari precepit (quippe et data sunt), B reliqua vero duodecim cum dimidio eis dari per annos sex, debent eis per unumquemque annum dari quantitate proportionali. Et accipient equidem hec XII sic. Erunt autem et tradita ipsis omnia possidentes, ut dictum est, quousque ea, que per conventionem presponderant et juramento confirmaverunt, nunc existens nobilissimus dux Venetie et post eum futuri duces Venetie et universa ejus plenitudo custodiunt, servant quoque

firmiter et que a legatis eorum, sororio scilicet nobilissimi ducis Venetie, Petro Cornario, Petro Michaeli, Octaviano Quirino, Johanne Michaeli et Dominico Memmo, procuratore ecclesie sancti Marci, per conventionem, nunc promissa sunt et jurejurando corroborata.

Concedit equidem nostra sublimitas Veneticis actionem movere contra homines imperii nostri, qui, ceu ipsi suggererunt, res astulerunt ipsorum jussione semper memorandi imperatoris et desideratissimi patris celsitudinis nostre, domini Manuelis, tunc, cum capii fuerunt, subtraxerunt autem et non obtulerunt, secundum quod in predimisso chrysobulo celsitudinis nostre de hoc constitutum est, omnia alia actione debiti, que Veneticis contra Romeorum quempiam, vel contra ipsum fiscum, vel Romeis et fisco contra Veneticos ante captionem ipsorum convenerit, irritari debent ab utrisque partibus ; presente chrysobulo verbo imperii nostri firmo et inviolabili permanere debent, facto mense Junio presentis septimi anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium,

ISAAKIUS in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

## VII.

DE METROPOLI ARGEOS [41]. (A. 1098.)

*Non exstat.*

## VIII.

AUREA BULLA PISANIS CONCESSA [42]. (A. 1192.)

Interrupta jam pridem fuit, ex quo tyrannus ille C Andronicus Romanorum invasit imperium et nunc usque, fides et devotio civitatis et terre Pisane, quam erga nostrum fovebant Romeorum imperium, Et nisi modestia et hilaritas celsitudinis nostre, et in effusionibus appianicorum sanguinum tarditas et impromptio . . . . (43) a Deo erecte et ad Romanorum imperii firmamentum quidem exaltate impedimento rei fuissent, ii qui heri Romani devoti erant quasi et inimici effecti fuissent, et pro amicis et utilium allatoribus et per tempora fidelissimis quoque fautoribus in hostes et depopulatores versi equidem essent. Quod et ex parte perpetratum est, et damna a quibusdam Romeis, et item Pisanis ex parte Romeorum facta sunt, multumque tempus, que dudum, ante unita erant, sequestrata habuit et divisa.

Quamobrem civitatis Pisanorum potestas, Tedi- D cius, cecmitis Ugolini filius, ac consiliiarii et com-

mune ejus supplicatorias ad nostram clementiam manus intendere voluerunt, et prudentissimos concives suos, Rainerium Gaetani et Sigerium judicem nuncios ad nostram legaverunt serenitatem, dampnorum Pisanis eorumque communi ex parte Romanie pre illatorum restaurationem petentes, et benignitatem tranquillitatis imperii nostri pristinam quam erga civitatem et terram ipsorum nostra habebat clementia, suppliciter postulantes; et serenitas nostra benigne eos recipiens et que ab iis dicebantur auscultans, eis que versa vice dampna partibus Romanie quibusdam a parte Pisanorum illata in memoriam revocans, eaque ab ipsis Romanie restitui vicissim exigens, ad ultimum ex predictorum legatorum precibus abolicionem quidem eorum, que ex quo tyrannus supervenit usque in presens acta sunt eis concessit; immemores autem et eos fore omnium negociorum, que hactenus et usque nunc ex aliquibus causis, juste vel injuste,

(40) Marin : *teloneum*.

(41) Laudatur ad disposit. thronor. in Coll. can. ed. Rhalli et Potti V. p. 481.

(42) Editi Flaminiò dal Borgo *Diplomi Pisani*, Pica 1765, 4 p. 147, indeque representavit Bu-

chon *Nouvelles Recherches hist. sur la princ. franç. de Morée* vol. II, p. 12.

(43) Verba celsitudinis nostre huc transponenda esse videntur.

producenda habebant, exigit. Et quidem et hii clementie nostre concessionem repugnare nullo modo decreverunt; cum multa vero gratiarum actione eam suscipientes, sacramento certitudinem imperio nostro fecerunt tam de oblivione, quam civitas et terra Pisana in perpetuum habebunt eorum videlicet omnium dampnorum que usque nunc quibusdam Pisanis a Romeis illata sunt, quocumque et qualiacumque sint, quam et de fide et servicio quam et quod imperio nostro, heredibus et successoribus ejus, ipsique Romanie observare in futuro debent. Amptius quippe serenitas imperii nostri eos acceptans et supplicationem eorum cum multum supplicatoria et procidenti figura fusam ad nostram clementiam exaudiens, non solum habitatores civitatis et terre Pisarum in ea jura, que ipsis in Romania precollata fuerant, restitui concessit, verum etiam secundum Domini sententiam super pauca fideles reperiens super multa constituit, et ad notificationem eorum que imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Romanie in perpetuum ipsi polliciti sunt, et eorum que similiter ipsis a clementia nostra collata sunt, presens chrysobolum verbum eis donavit, continens de verbo ad verbum ea que nunc ab iis pacta sunt et in chartula litteris latinis scripta et subscriptione eorum confirmata comprehensa sunt et eorum corporali sacramento corroborata, et que plenitudini Pisarum facta sunt chrysobula verba semper memorandorum imperatorum, proavi scilicet imperii nostri, domini Alexii Comnani, et desiratissimi patris celsitudinis nostre, domini Manuelis, in quibus quidem recitantur que tunc a Pisanis pacta fuere et que a parte Romanie eis collata.

Habet igitur conventio scripta quidem que a notificatis legatis Pisarum ad imperium nostrum, heredes et successores ejus, et ad ipsam Romaniam facta est, et quod super eam juramentum factum est, sic :

Nos, legati civitatis et terre Pisane, Rainerius Gaetani et Sigerius judex, missi a Tedicio, comitis Ugolini filio, potestate civitatis et terre Pisane, ac consiliariis ipsoque communi ejus ad altissimum imperatorem Romeorum et semper augustum dominum Isaakium Angelum, et inunctum ab eis habentes petendi ab imperatore et Romania premutuatam pecuniam a quibusdam Pisanis Andronico illi male memorie, cum adhuc felicissimo imperatore domino Manuele in vita existente notificatus dominus Andronicus Hierosolymis degere; nec non et a quibusdam aliis, videlicet Teodisco de Picicasegale, Simone Cimicosi et Gerardo Antonii et reliquis, mutuatam desideratissimo fratri domini imperatoris Romeorum et semper augusti domini Isaakii Angeli, felicissimo sevastocratori domino Alexio Angelo, cum a comite Tripolis detentus esset; item et ea que ab hominibus imperii ejus sancti, scilicet a protohonratissimo supremo magno logotheta illo et sevasto

A illo Chumno et aliis defunctis et superstitionibus, dampna illata Pisanis, ex quo notificatus dominus Andronicus Romeorum invasit imperium et usque nunc, atque subtracta solemnibus ecclesie Pisane civitatis et archiepiscopo annorum octo et usque nunc, et redditus emboli eorum, et reliquorum attenentium eis, et ab eis exacta commertia; et si hec eadem reperimus agendi grates imperio ejus sancto; et conventionem assiduam et perpetuam factam progenitoribus ejus, imperatoribus domino Alexio Comnano et filio ejus, Porphyrogenito domino Joanni et patruo imperii ejus sancti domino Manueli, et heredibus et successoribus ejus ipsique Romanie, atque servitium perpetuum et assiduum renovandi et jurejurando corroborandi; si vero hec eadem imperium ejus sanctum non adimplet, alio vero modo aliquo restaurationem facit communi Pirarum civitatis placentem nobis, sicque etiam manifestam conventionem sacramento confirmandi; quoniam ad imperium ejus sanctum pervenimus, et in conspectu majestatis ejus astantes piam ejus celsitudinem adoravimus, et nobis inunctis sufficienter tractatis omnibus quidem, que poscimus, potiri nequivimus, quia et sublimitas imperii ejus sancti vicissim exigebat a nobis damna a quibusdam Pisanis Romanie quibusdam terris diversisque Romeis per terram et mare illata; modestia vero et magnificentia imperiali dignatum est ejus sanctum imperium, pro omnibus que poscimus et superius relata sunt, excepto mutuo facto sevastocratori, mutuatoribus in memoriam dive potentie ejus consensuque nostri se jactantibus, largiri Pisane civitatis communi que ex muneribus semper memorandorum imperatorum, domini Alexii et domini Manuelis, a nobis pridem in magna urbe possidebantur: embolum videlicet, ecclesiam cum altera a contribulibus nostris infra terminos nostros erecta ecclesia, et littoralem scalam; plus vero his dare civitati nostre, et que in faciendo nobis pratico traditionis eorum que super pridem nobis tradita collata sunt, notificabuntur: quod scilicet practicum una cum faciendo imperiali adorando chrysobulo in secretis sternetur; renovare quoque ab instanti tempore largicionem solemnem nostre ecclesie, quingentorum videlicet yperperorum et duorum palliorum; addere autem et alia centum yperpera, et salaria archiepiscopo civitatis Pisarum sexaginta annuorum yperperorum et unius pallii, et super hec persone archiepiscopi hujus qui nunc est civitatis Pisarum addere alia yperpera quadraginta; donare autem Pisarum et in iis que de Romania ab ipsis emuntur et venduntur, tam in magna urbe quam in ceteris Romanie partibus, libertatem commercii talem, qualis data est eis in chrysobulo ipsis facto semper memorandi imperatoris, domini Alexii, in iis que de terris non subjacentibus servituti imperii Romeorum ab ipsis in magnam urbem afferentur, quamquam ex

hujusmodi chrysobulo appareat eos debere dare A commercium in iis, secundum quod ipsi Romel; licentiam vero dare nobis agendi secundum leges in quosdam homines ipsius, qui servitia tractaverunt fisci et quibusdam Pisanis injustitiam intulerunt, eo quod petebamus quidem ab imperiali thesauro dampna illata quibusdam Pisanis a defunctis hominibus celsitudinis ejus, non autem exauditi fuimus quoniam rei nequaquam reperiuntur ideoque negotia non erant manifesta, et ob hanc rem desistimus ab iis sponte, sine illata nobis vi aliqua, ob restaurationem pro iis, ut superius dictum est factam universis habitatoribus civitatis et terre Pisane; recepimus hujusmodi placens nobis largituum munus serenissimi et semper augusti imperatoris domini Isaakii Angeli, quod imperium ejus sanctum nostre terre fecit, et B oblivioni tradentes omnia que petimus, ut dictum est, que et superius recitata sunt, quoniam quidem et imperium ejus sanctum abolicione [m] dampnorum usque nunc hominibus Romanie illatorum nobis facere dignatum est; ecce per presens scriptum nostrum, debens et corporali sacramento nostro ac subscriptionibus manus nostre, sigillisque ecclesiarum in magna urbe existentium Pisanorum, summi apostoli Petri et sancti Nicolai, corroborari, conventionem facimus ad imperium ejus sanctum, heredes et successores ejus, et ad ipsam Romaniam: quod observabit civitas et terra Pisana et ipsa potestas, et qui per tempora erunt senatores aut consilarii sive consules aut potestates et capitanei et rectores, ipsumque commune C Pisane civitatis, ea que supra nominatis semper memorandis imperatoribus domino Alexio Comneno et filio ejus Porphyrogenito domino Joanni ac patruo imperii ejus domino Manuelli, pacta sunt. Et hec omnia jurabit ipsa potestas et meliores ac ipsum commune civitatis Pisane, et hujusmodi sacramentum annuatim renovabunt, secundum quod specialiter de hujusmodi capitulo pactum est a civitate et terra nostra ad semper memorandum imperatorem, dominum Manuelem.

Sacramentum verum eorum super hec factum habet sic:

« Nos, legali civitatis et terre Pisane, Raincrius Gaetani et judex Sigerius, missi ad altissimum imperatorem Romeorum et semper augustum D dominum Isaakium Angelum, a Tedicio, potestate Pisanorum, comitis Ugolini filio, ex communi consilio civitatis Pisane, post multum tractatum desistentes ab iis que ex impositione predictae potestatis et communis consilii civitatis pro communi et quibusdam privatis personis petebamus, que et in scripto in quo subscripsimus continentur, et restaurationem pro iis factam nobis placentem recipientes secundum quod nos injunctum habebamus a potestate et communi consilio civitatis de placito nostro: juramus super sancta Dei evangelia, super honorabilem et vivificatam crucem,

quod predicta potestas communi consilio civitatis de his factis dedit nobis mandatum jurandi super animam suam, conventionem a Pisana civitate et terra Pisana semper memorando imperatori domino Manuelli factam imperatori Romeorum et semper augusto domino Isaakio Angelo, secundum quod et illi fuit jurata, et quod ea que pro communi et quibusdam aliis personis petebamus, que et in scripto in quo subscripsimus continentur, ex impositione ejusdem potestatis et consilii ejusdem civitatis dimisimus pro restauratione communi facta. Item juramus, super animam dicte potestatis, quod et ipsam conventionem predictam adimplebit et observabit ipsum commune civitatis domino Isaakio Romeorum imperatori, heredibus et successoribus ejus, ipsique Romanie in perpetuum, sine fraude et malo ingenio. Et sicut hec juramus de bona fide, sine fraude et malo ingenio, sic Deus nos adjuvet et ipsam potestatem et ipsum commune civitatis Pisane et in presenti seculo et futuro. »

Manifesta vero chrysobula verba habent, secundum quod notificabitur.

Imperatoris quidem videlicet domini Alexii, sic:

« Quoniam multoties nuncios ad imperium nostrum miserunt habitatores terre nostre atque Pisane civitatis cum litteris suis, et imperium nostrum iterum eis multoties litteras misit, minime autem advenit tempus quo fieret conventionis scriptum eorum pure fidei et subjectionis ad imperium nostrum, neque clementie nostre ad eos scriptum chrysobulum conventionis adhuc factum est; novissime autem misit imperium nostrum familiarem suum hominem Curopalatam Basilium Mesimerium cum litteris suis volens eos suscipere ceu per omnia fideles celsitudinis nostre et desideratissimos filios nostros totiusque terre nostre; illo autem perveniente et litteras imperii nostri eis afferente, que vero mandata erant dicente, ipsi que scripta et que ipsis mandata sunt intelligentes eaque acceptantes, et omnino volentes fieri per omnia fideles imperii nostri atque terre nostre, per scriptum conventionem fecerunt, continentem puram eorum fidem quam imperio nostro ac Romanie debent, quam et per sacramentum omnes unanimiter confirmaverunt et ad nostram serenitatem per vos et nuncium ejus miserunt, que nempe expresse sic continet:

« In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. « Nos omnes habitatores civitatis et terre Pisane « promittimus tibi, sanctissimo imperatori domino « Alexio, et domino Johanni dilecto filio tuo et « imperatori Porphyrogenito, quod nos totus « Pisanus populus ab ista hora et in antea non « erimus in consilio aut facto per quod perdatis « vos imperium vestrum vel Romaniam, vel « insulas maris vel terras, quas modo tenetis sub « vestra potestate et quas ab hac hora in antea ac- « quiretis a Chroatia, Dalmatia et Durachio usque « in Alexandriam et ipsam; neque nos, civitatis et

« terre Pisane habitatores, pasiscemur cum aliqua  
 « persona vel populo inimicante imperio vestro ad  
 « auferendum a vobis vestrum imperium vel Roma-  
 « niam, vel aliquas imperii vestri terras, vel insu-  
 « las, quas nunc sub potestate imperii vestri  
 « tenetis, aut quas acquirere debetis ab hac hora  
 « in antea a Chroatia, Dalmatia et Durachio et  
 « usque in Alexandriam et ipsam; et si ex terre  
 « habitatoribus nostre et hominibus nostris aliqui  
 « damnum imperio vestro fecerint et in Romania  
 « fuerint, et quesiti ab imperio vestro fuerint, de  
 « eis emendabunt damnum juste et concorditer;  
 « et si in Romania non fuerint et Pisas reversi  
 « fuerint, et notum factum fuerit, si heredes Pisis  
 « habuerint, secundum vires substantie emendatio-  
 « nem faciemus juste vel concordia, excepto tanto  
 « quantum remanebit ex consensu et verbo nunti;  
 « vel nuntiorum imperii vestri. Si homines nostri  
 « in terra imperii vestri fuerint, vel Constantino-  
 « poli vel in alia terra aut insulis imperii vestri,  
 « volumus et confirmamus ut, si inimici vestri  
 « insurrexerint gratia impugnandi in partibus illis  
 « in quibus nostri sunt, et necesse fuerit ut adju-  
 « vent homines vestros, terras vestras defendemus  
 « contra omnes inimicos vestros. Hec omnia supra-  
 « scripta observabimus nos, totus Pisanus populus  
 « civitatis et terre Pisane, tibi, sanctissimo impe-  
 « ratori domino Alexio, et desideratissimo filio tuo  
 « imperatori domino Johanni Porphyrogenito, si-  
 « cut superius scriptum est, incorrupta et cum  
 « vera fide, sine fraude et malo ingenio, vobis  
 « corroborantibus per chrysobulum ea, quæ in  
 « scripto nostro contineatur, et observantibus ea  
 « nobis.

« Hoc factum est anno incarnationis Domini  
 « millesimo centesimo undecimo, quarto decimo  
 « Kalendarum Mali, indictionis tertie et decime,  
 « in presentia archiepiscopi Amalphitani, Musci  
 « iudicis Amalphitani et consulum Pisanorum. »

« His itaque per scriptum et sacramentum ab  
 illis confirmatis in presentia hominis imperii no-  
 stri Mesimerii, quoniam et vos missi ob illis estis,  
 videlicet Guido clericus et Bonifilius presbiter,  
 Girardus vicecomes, Hebrandus frater. Rainerii,  
 Alferius consul, Petrus iudex, Guido filius Boni  
 Pipini, Odmandus Curopalata filius Oddi, et litte-  
 ras imperio nostro attulistis quas illi omnes per  
 vos ad imperium miserunt, et continebatur in  
 litteris eorum hoc, ut ea que deerant vos adim-  
 pleretis; hoc per scriptum et sacramentum vestras-  
 que subscriptiones confirmatis, quod omnia que  
 ab illis pacta sunt ad imperium nostrum et deside-  
 ratissimum filius ejus imperatorem et Romaniam  
 per sacramentum, universi habitatores civitatis et  
 terre Pisane confirmarint, et observabunt firma et  
 inviolata, sicut hoc intelligit imperium nostrum  
 ad proficuum et honorem suum et desideratissimi  
 filii sui et terre potentie nostre, magne, medie et  
 ultime. Ob fidem igitur quam dispensastis omnes

A habitatores civitatis et terre Pisane observare im-  
 perio nostro et Romanie, constituit et imperium  
 nostrum per presens chrysobolum verbum dari a  
 nostra serenitate, non solum in vita sua, sed et  
 post obitum suum a desideratissimo filio nostro  
 imperatore domino Johanne Porphyrogenito, Pi-  
 sane ecclesie que sub nomine sancte Dei Genitricis  
 est, per unumquemque annum nomismata yperpera  
 400 et pallia duo; domino dilecto archiepiscopo  
 Pisarum nomismata similia 60 et pallium unum;  
 Lamberto iudici, Carletto et Antonio nomismata  
 similia 100, et post obitum horum dabuntur ec-  
 clesie. Commertium de auro et argento quod af-  
 feretur a vobis, non dabitis ullo modo. De mercibus  
 quas afferetis de terra vestra et de alienis terris  
 non subjacentibus servituti imperii nostri, dabitis  
 gratia commertii de vigintiquinque unum et nihil  
 amplius. Scala dabitur vobis in qua debeant naves  
 vestre applicare et onera earum deponi; et locus  
 negotiandi aptus et conveniens cum habitaculis,  
 ut reponatis merces vestras et habitetis. Similiter  
 et in magna sanctissima Dei ecclesia, sancta So-  
 phia, dabitur vobis locus standi a sanctissimo pa-  
 triarca: et in ypodromio dabitur vobis locus ubi  
 debeatis sedere in die ypodromii. Si depredata  
 fuerit navis vestra in terra imperii nostri, et per-  
 dite fuerint res vestre, ablata ab aliquibus qui sub  
 potentia imperii nostri sunt, faciet vobis clementia  
 imperii nostri justiciam et emendationem conve-  
 nienti tempore, postquam probatum fuerit. Navis  
 vestra si fracta fuerit infra potentiam imperii  
 nostri, res vestras quas vos liberatis et extrahitis  
 salvas habebitis sine dubio, et illas autem quas  
 Romei extrahent adjuvantes habebitis, dantes eis  
 mercedem secundum loci consuetudinem, nisi  
 forte inter vos et eos aliquid aliud sponte pactum  
 fuerit. Merces vestras quas afferetis de terra ves-  
 tra, vel de alienis terris nan subjacentibus imperio  
 nostro, postquam ad imperium nostrum vos vene-  
 ritis, sive Constantinopolim sive in insulam im-  
 perii nostri, habebitis licentiam extrahendi, et  
 vendendi in loco in quo applicueritis, et tam ibi  
 quam alibi infra continentiam potentie nostre qui-  
 buscumque volueritis, nullo alio pacto vel modo  
 contra voluntatem vestram precipiente in venditione  
 et commutatione, exceptis inimicis imperii nostri;  
 et dabitis et in his commertium sicut superius  
 dictum est. Alias autem merces que de Romania  
 sunt, venditis sicut Romei, et dabitis sicut Romei.  
 Littere imperii nostri mittentur ad terras ejus in  
 quibus applicabitis, ut duces in eis existentes co-  
 gnoscant fidem puram et servitutem vestram et  
 que ab imperio nostro vobis constituta sunt et que  
 imperio nostro a vobis, quatenus non transgre-  
 diantur que ab imperio nostro pacta sunt duces  
 et reliqui qui sub potestate imperii nostri sunt. Et  
 si acciderit aliquid injustum fieri, vindicabitur ab  
 iis, fietque emendatio justa. Ut et ab imperio nostro  
 in omnibus terris potentie nostre et insulis in qui-

bus applicatis, iidem vobis loci serventur et eadem emendatio fiat. Si ab aliquo Veneticorum aut ab aliquo homine subjacente imperio nostro passus fuerit Pisanus quispiam atrox dedecus vel turpem injuriam aut de rebus suis damnum, faciet imperium nostrum emendationem, postquam probatum fuerit, si nostre serenitati relatum fuerit infra tempus legale et conveniens in omni continentia sua. Naves vestro et homines vestri volentes redire Pisas non prohibebuntur; neque imperium nostrum, neque desideratissimus filius ejus imperator Porphyrogenitus, neque aliquis precepto nostri per quempiam modum injustitiae faciat quicquam in rebus vestris vel hominibus. Si vero ob aliquas causas interdum factum fuerit, per conveniens tempus emendabitur. Si aliquis vestrum reclamationem fecerit, non repellatur, si notum imperio nostro factum fuerit, sed recipietur reclamatio ejus et secundum legem vindicabitur, et vindicabitur post probationem veritatis, si, appa-  
B  
ruerit injustitiam passus. Qui pro servitio Dei Hierosolymam tendunt cum vestris hominibus causa militandi contra paganos, in itinere vel in reversione impedimentum aliquod non sustinebunt, neque perturbabuntur ipsi vel naves, aut stipendia aut bellica instrumenta que deferunt, securitatem facientibus iis qui eos recipiunt in naves vestras hominibus per certificationem sacramenti, quatenus nec inimicum imperii nostri et Romanie adjuvent, nec ibi contra imperium nostrum efficiantur.

« Hec itaque manebunt quippe immutabilia semper, quousque vos et omnes habitatores terre vestre et civitatis observatis ea que superius notificata sunt firma et incorrupta imperio nostro et desideratissimo filio ejus et imperatori domino Johanni Porphyrogenito et Romanie, sicut hec intelligit imperium nostrum ad honorem et proficuum suum et Romanie, et sine fraude et malo ingenio aliquo. Propter hoc enim et presens chrysobulum, verbum, mutuum vestre scripte conventioni per vestrum sacramentum confirmate et vestris propriis subscriptionibus corroborate, missum est per vos omnibus habitatoribus civitatis et terre Pisanum.

« Factum mense Octobri, indictionis quinte, sex millesimi sexcentissimi vicesimi anni, in quo et nostrum pium et a Domino ordinatum subsignavit D  
imperium.

« ALEXIUS in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romeorum Comnanus. »

Domini vero Manuelis sic :

« Fidelissimi imperio nostro Pisani adepti fuerunt jam in magna urbe, per chrysobulum semper memorandi avi imperii nostri, et rursum semper memorandi domini et patris celsitudinis nostre, embolum et scalam et ecclesiam, secundum quod

A in practico ipsis facta notificantur, que hujus sunt (44). Quoniam vere ante tempus ob quaedam causas voluit imperium nostrum hujusmodi loca eis mutare, eis que pro his dari alia ultra in partibus magnis urbis oppositis, ipsi autem accedentes clementie nostre supplicaverunt ut hoc non fieret, verum essent in possessione eorum que pridem habebant, serenitas imperii nostri sic fieri concessit. Et quoniam oportuit sacramentum ab iis fieri imperio nostro hujusmodi negotii gratia, priorem conventionem et sacramenta eorum corroborans, et quippe ad nostram serenitatem legati ab hujusmodi terra equidem pervenerunt, prudentissimus videlicet consul hujusmodi terre Albertus, et cum eo judex Burgundius et comes Marcus, et fecere imperio nostro sacramentum, consul quidem notificandum sacramentum sic secundum verba continens : « Ego consul Pisanum, legatus ad dominum nostrum imperatorem Romanorum et semper « augustum dominum Manuelem Porphyrogenitum « Comnanum, juro ex precepto et voluntate archi- « episcopi nostri, consulum, senatorum et relique « terre Pisanum presens sacramentum : quoniam « ob quasdam rationes accidit nos ad modicum « removeri ab iis que in magna urbe habebamus, « videlicet ecclesia, embolo et scala, datis nobis « pro restauratione aliis in partibus que ultra « sunt, nunc autem ex precepto imperatoris re- « stituti sumus in ea que quidem habebamus: quod « observabimus nos et terra Pisanum universa no- « tificato imperatori Porphyrogenito domino Ma- « nueli Comniano, heredibus et successoribus ejus « et Romanie, fidem et debitum quod debebat « terra Pisana imperio ejus ex pridem factis con- « ventionibus et sacramentis semper memorando « imperatori, domino Alexio Comniano, ipsique « Porphyrogenito et imperatori domino Manueli « Comniano; et si aliquid factum est a terra Pi- « sana alicui coronato vel non coronato ad irri- « tationem spectans hujusmodi conventionum et « sacramentorum, pro non facto reputabitur illud. « Presens vero sacramentum debent facere et re- « novare et consules et reliqui habitatores Pisa- « rum secundum consuetudinem. Et sicut hec « juro sine fraude et malo ingenio, sic Deus me « adjuvet, sancta Dei evangelia et honorabilis et « vivifica crux. » — « Judex vero Burgundius et co- « mes Marcus sic juraverunt et ipsi. » — « Nos Judex « Burgundius et comes Marcus, missi legati ad « potentem imperatorem Romeorum Porphyroge- « nitum dominum Manuelem Comnanum a civitate « Pisana, juramus super sancta Dei evangelia et « honorabilem et vivificam crucem, quod conven- « tionem factam semper memorando imperatori « domino Alexio Comniano, et domino nostro im- « peratori et Porphyrogenito domino Manueli Com- « niano a civitate Pisana, quam consul Pisanum

(44) Videntur hic excidisse ol περιόριστοι instrumenti illius.

« Albertus juravit, ad honorem imperatoris observabimus fideliter et nos, et faciemus confirmari ab universa civitate Pisana sine fraude. Et sic juramus hec sine fraude et malo ingenio, et firma observabimus. Sic Deus nos adjuvet, sancta Dei evangelia et honorabilis et vivifica crux. »

« Ecce et imperium nostrum corroborat per presens chrysobulum sigillum suum munus quod habebant in notificato jure a semper memorando imperatore domino et patre ejus, et jubet firma et inviolabilia permanere facta eis chrysobula super collatione hujusmodi immobilium, si et hujusmodi terra Pisarum bene observat pacta et sacramenta sua que imperio nostro, heredibus et successoribus ejus fecit, ad honorem et proficuum imperii nostri et Romanie. Super hoc enim et presens imperii nostri sigillum eis collatum est, debens et in congruis secretis sterni propter notificationem, mense Julio, indictionis tertie. »

Sic equidem hujusmodi chrysobulis continentibus, quoniam notificati legati superius scripta pepigerunt et scripto subscriptione eorum confirmato comprehenderunt, et sacramento ceu notificatum est corroboraverunt, jubet imperium nostrum, ea que in superius scriptis chrysobulis comprehenduntur, tam de iis que a civitate Pisana Romanie facta sunt, quam et de iis que a Romania ipsis collata sunt, efficaciam et inviolabilitatem habere. et sic reputari ut nunc pacta et collata; et restitui precipit Pisanos in universa que in magna urbe ipsis donata pridem fuerunt a semper memorando imperatore et proavo imperii nostri, domino Alexio, et desideratissimo patruo celsitudinis nostræ, domino Manuelli: embolum videlicet, habitacula, ecclesiam cum altera ab ipsis infra jura eorum erecta ecclesia, et littoralem scalam, secundum quod eis donata fuerunt, et secundum facta ipsis practica super tradicionem horum eis facta. Largitur autem eis imperium nostrum et pensionalia monasterii domini Antonii, que in faciendo ipsis practico notificabuntur, habeantia pro anno introitu [m] nomismata yperpera 246, et scalam predeputatam in situ loci Icanatisse a serenitate nostra edificatio ab ipsa hospitali in templo venerabili sanctorum magnorum Martorum Quadraginta. Concedit autem dari et rursus Pisane ecclesie constituta ei annua solemnia, 500 scilicet yperpera et 2 pallia ut et ab imperio nostro ei nunc constituta, ob fidem quam civitas debet et terra Pisana imperio nostro et servitium ejus. Addit quoque eis et alia yperpera 100 similiter, et honoratissimo archiepiscopo Pisarum preconstitutum ei annum salarium, 60 videlicet yperpera et unum pallium, ut et ei nunc constitutum ab imperio nostro. Addit vero persone archiepiscopi qui nunc est et alia yperpera per singulas annos 40. Et jubet hujusmodi omnia a parte civitatis et terre Pisane possideri hoc modo per omnes et assiduos annos, secundum faciendum

practicum horum tradicionis; quod fiet notificatis legatis eorum a grammaticis imperii nostri, Podiada Constantino et clarissimo protonobilissimo Sergio Coliva, et a desunotato Constantino Petiota, quod et in congruis secretis sterni debet cum presenti chrysobulo imperii nostri; et habere Pisanos universos introitum eorum presentem et futurum ex superedificationibus ipsorum, quas infra terminos ipsis traditos facient, quousque civitas, quam debet imperio nostro, heredibus et successoribus ejus ipsique Romanie, fidem atque servitium conservat, et terra Pisana ac ipsum ejus commune inviolabiter et sine diminutione, secundum conventionem scriptam a supranotatis eorum legatis factam et superius recitatam, que et a potestate ejusdem civitatis et terre Pisane et melioribus Pisanis et universa plenitudine Pisarum jurari debet in presentia super hoc ipsum mittere hominum imperii nostri, et annuatim renovari, secundum quod specialiter ea que hujus capituli sunt, semper memorando imperatori, patruo imperii nostri, domino Manuelli, pacta sunt. Fruentur autem et libertate universa in duobus recitatis chrysobulis comprehensa commercii, et reliquorum omnium capitulorum que in eis continentur, exhibentes de centum 4 tam in magna urbe quam in ceteris terris nostre pie tranquillitatis: non solum de iis que de alienis partibus ab ipsis in Romaniam afferuntur universis mercibus, verum etiam de iis que de terris Romanie ab ipsis emuntur et in magna urbe vel aliis terris Romanie venduntur. Quamquam enim et ex chrysobulo ipsis facto proavi imperii nostri, semper memorandi imperatoris domini Alexii Comnani, ut vel ut Romei reputentur ipsi in mercibus quas de Romania emunt, determinatum est, idemque commercium dent de iis quod et Romei dant; sed tamen imperium nostrum multam eorum devotionem et fidem remunerans, liberaliter et super hoc capitulum erga eos agit, et 4 de centum tantum dare eos jubet et in mercibus ipsorum quas de Romania equidem emunt. Fruentur igitur Pisani libertate ipsis collata a nostra serenitate et omnibus ipsis donatis, ceu superius patefactum est, et amovebuntur ab his nunquam. Quamvis enim hujusmodi omnia jam tradita fuerint monasteriis et personis quibus hec ablata sunt, et Pisanis tradita, attamen quoniam iterum hujusmodi Pisani sub servitio Romanie ordinati sunt et pristinam suam fidem atque servitium imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Comanie, observare juraverunt, rursus eis ablata sunt et restituta Pisanis, quoniam ipsi satisfactionem a fisco habere debent; si vero non habuerint, non debent in Pisanos agere, sed in ipsum fiscum, infra legitimum tempus. Et restaurationem adepti fuerint, habebunt satisfactionem per id quod dabitur; si autem non adepti fuerint, habebunt pro rato; quoniam imperium nostrum

licentiam ex legibus habet in noticia largiendi et aliena, et largitur hec Pisarum plenitudini. Quoniam vero notificati legati clementie nostre supplicantes petierunt cum aliis notificari in presenti chrysobulo imperii nostri, tam ea que pridem possidebantur a parte civitatis et terre Pisane in magna urbe jura, quam ea que nunc a celsitudine nostra ipsis collata sunt, imperium nostrum sic fieri concessit. Et habent que pridem quidem a Pisanis possidebantur sic (45) :

Conservabuntur igitur universa superius scripta firma ab imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Romania, si potestas que est in civitate et terra Pisana, consules, consilarii et senatores, capitanei, rectores et reliqui meliores, ac ipsum commune Pisarum receperint que a superius scriptis legatis eorum pacta et jurata imperio nostro, heredibus et successoribus ejus ipsique Roma-

nie sunt, et pepigerint ea et corporali confirmaverint sacramento, et scriptum hec continens composuerint et consuete corroboraverint, et celsitudini nostre miserint, et hec rata in perpetuum habuerint ipsi, et qui post eos erunt consules et potestates, consilarii et senatores, capitanei, rectores ac ipsum commune civitatis et terre Pisa, presente chrysobulo verbo imperii nostri firmiter et inviolabiliter permanere (45). quousque conservabunt suprascripti omnes ex integro ea que superius narrata sunt.

Facto mense Februario presentis decime indictionis, sed millesimi septingentesimi anni, in quo et nostrum pium et a Deo ordinatum subsignavit imperium.

Isaakius in Christo Domino fidelis imperator et moderator Romeorum Angelus.

## IX.

DE ECCLESIIS AD ALTIOREM LOCUM PROMOTIS. (A. 1193.)

*Vide Balsamonem ad Synod. Chalced. c. 12.*

## X.

DE METROPOLI HYPÆPORUM.

*Non extat (46).*

## XI.

AUREA BULLA VENETIS CONCESSA [47]. (A. 1199.)

Quemadmodum animalia sese ad invicem intime diligentia, gregatim quousque semper euntia, nec non et compascentia et simul ad sublimia et inferiora convolantia, coëgredientia etiam ac regredientia, et forte interdum quadam necessitate secedentia, et sepius ad invicem retro respicientia, et gruendo ac scingendo et propriis uniuscujusque vocibus desiderium ab invicem remotorum demonstrantia, et si alicubi libertatem ceperint, statim valde ad compascentiam redeuntia, et letitiam impossibile est dici quantum ex facto ad invicem concursu, et velut dilligenti allocutione non significativis et inarticulatis vocibus subsignificantia : sic et genus Veneticorum plurimum amicabile ac servile circha Romaniam per tempora iam multa et etiam a centum annis et plus connumeratis possidens inconvulse eam et indivisibiliter detinet Et si aliquem remoto forte sic eos persequitur, quiete remotionem portantes sepe ad unionem revertuntur, modis quoque omnibus eam revocare requirunt, et ut [ad] matrem puer et ad dominam

verna respiciunt atque amplexus exspectant ; cum autem invenerint, indissolubilibus vinculis amoris tenere student.

Quod quidem et nunc Venetie circha Romaniam contigit. Nam imperio meo sceptris Romanie divina providentia suscipiente, conventionibus quoque, que inter eam et dilectissimum fratrem imperii mei preimperantem, dominum Isaakium Angelum, fuerant, quasi suscipientibus, nobillissimus dux Venetie et protosevastus Henricus Dandolo, ac etiam ipsa Veneticorum consilii prudentia super requisitionem unionis quasi dissolute nequaquam superdormitavit, imo legatos ad nostram transmisit celsitudinem : primo quidem Rainerium Zenum et filium nobillissimi quidem duci Venetie Auri Magistri Petri, Marinum, et legatum ab imperio meo susceperunt grammaticum ejus, protobillimum ypertaton dominum Johannem Cataforum. Et quoniam quidem per eum in Veneciis sufficienter morantem, que in conventionione ambigua erant, solvi non potuerunt, alios statim lega-

(45) Buchon omisit enumerationem locorum a Pisanis Constantinopoli possessorum, sed notat : *Il y est plusieurs fois question des établissements des Amalphytains.* « Abaque cursu Amalphytanorum ». — « Jura donata Almaphitanis ». — « Descendentem ab Amalphytanis. » — « Dividit eandem scalam que ab Amalphytanis possidetur. »

(45\*) Videtur addendum : *debente.*

(46) Laudatur ad Dispositionem thronum in Coll. can. ed. Rhalli et Potli V. p. 476, n. 1.

(47) Nuperrime ex libro alio et libris Factorum ediderunt Tafel et Thomas sæplus laudati tom. I, p. 248 sqq.

(48) Editores legunt : *Etsi aliquantum — prosequitur. Lege, Et si aliquis remotos.*



tos ad nostram transmiserunt sublimitatem, et nec per eos valentes pacisci, [ac] finem apponi eis, que ab hiis querebantur, nec aliorum legatorum missionem proclaverunt (49), uno accesserunt et rursus ad nostram legati Venetie tranquillitatem, Henricus Navagiosus (50), Andreas Donatus et Benedictus Grillionis. Et cum nec ista, que legationis erant, pro suo velle ipsos imitantia (51), in Venetiam ad se mittentes et ipsi rediere, suscipientes a nostra serenitate legatum, pansevaston sevaston et familiarem imperio nostro acolitum (52), dominum Johannem Nomucopulum; et abiit is cum eis. Et tunc (53) nec per istum eis, que ipsi (54) sedebant, majores Venetie finem inducere potuerunt, alios legatos ad nostram duxerunt mansuetudinem, Petrum Michaelem videlicet et Octavianum Quirinum, viros prudentia, consilio et verbo apud Veneticos quam magnos, qui cum pansevasto, sevasto et imperio meo familiari cancellario vicedomino Dimitrio Trinkio (55) ex precepto nostre magnificentie tam de jam peractis, quam etiam ex novo pasciscendis multociens ratiocinantes, denique et coram nostra maiestate steterunt, et inter predictum cancellarium atque eos tractata retulerunt, et multam instantiam, nec non et deprecationem ut eis placita perficere possent facientes, ad declarandam acquievere. Juraverunt et etiam sacramentum, sic ad verbum continens;

« Nos legatis nobillissimi Ducis Venetie et imperialis protosevasti Henrici Dandoli, Petrus Michael et Octavianus Quirinus, juramus hac hodierna die que est vigesima septima presentis mensis Septembris presentis secunde indictionis, sex millesimi septingentemisi septimi anni, ad sacra dei evangelia et ad honorabilem et vivificam crucem, quod omnia, que pacti sumus cum sanctissimo et altissimo imperatore Romanorum et semper augusto domino Alexio Comnato, secundum orationem et voluntatem predicti nobillissimi ducis Venetie et ex scripta ejus commissione ad nos ex voluntate majoris partis parvi et magni concilii Venetie facta convenimus et pacti sumus; et quod concessit et commissit nobis idem nobillissimus Dux Venetie, ut nos super animam suam juremus, quod et ipse ea, que a nobis pacta sunt et conventa, jurabit et homines Venetie jurare faciet. Ex ex quo nobis hoc concessit et commissit, non id subvertit vel mutavit. Et sicut hec juramus sine fraude et malo ingenio, sic adjuvet Deus et sancta ejus evangelia et honorabilis atque vivifica crux predictum ducem nostrum et nos, et in hoc seculo et in futuro. »

Hec igitur jurantes, et que pacta sunt ab eis nostre magnificentie, ut ex parte predicti nobillissi-

mi ducis eorum et totius Venetie scripto ab eis subscripto comprehendentes, id nostre tranquillitati tradiderunt, sic per dictiones habens:

« Non (56) est Venetia conjuncta, nec umquam conjungetur alicui coronatorum hominum vel non coronatorum, aut gentium vel nationum alicui contra imperium domini imperatoris Romanorum et semper augusti domini Alexii Comnani, quamdiu ipse vixerit, aut heredum ejus tam masculorum quam et feminarum, qui et que imperabunt, vel eorum qui ex precepto eorum imperabunt, ad offendendum Romaniam particulariter sive universaliter, nec per se umquam offendet.

« Item, quotienscumque principum aliquis coronatus vel non coronatus, sive gens aliqua contra Romaniam venerit ad offendendum eam cum galeis quadraginta vel pluribus, usque ad centum, et vult imperium eorum, vel heredes ipsorum mares sive femine, [qui] et que imperabunt, vel hii, qui ex precepto eorum imperabunt, servitium Veneticorum cum galeis quadraginta et usque ad centum, debent illud habere infra menses sex post noticiam duoi datam Venetie ab imperio eorum. Que profecto galce debent Venetie fieri et preparari a Veneticis cum universo earum apparatu per pecuniam illuc missam ab eorum imperio, vel inventa [m] ibi a parte celsitudinis eorum, Veneticis dare debentibus homines aptos, ut quisque eorum preparationem quinque galearum presit; qui et jurare debent, quod facient eas et bene fieri, et unamquam. que earum centum quadraginta fore remorum et cum omni apparatu earum, cum celleritate et sine dolo, secundum quod deberent eas facere fieri, si essent galee Venetie, aut si cum pecunia Venetie deberent fieri. Quorum quisque debet a vestiario domini imperatoris accipere liberalitatis gratia numismata yperpera sexaginta.

« Item, comites hujusmodi galearum jurabunt super sancta Dei Evangelia, quod in unaquaque gallearum erunt centum quadraginta homines, si tot hominum eis roga data fuerit, exceptis morientibus et sine eorum noticia aufugientibus. Verumtamen ipsi studebunt bona fide, quatenus rogam eisdem hominibus datam, morientibus vel fugientibus videlicet, recuperent: quam si recuperare valuerint, inducent alios pro eis in galeas eorum, aut reddent rogam homini domini imperatoris.

« Item, jurabunt unusquisque comitum, quod universum apparatus ipsis traditum conducent ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli. Homines autem galearum talem accipere debent rogam, qualem Venetici apud Coriphum accipiebant.

(49) Editores emendant: *protelaverunt*.

(50) Lib. pactorum: *Navagerios*.

(51) Legerim: *impetrarent*.

(52) Lib. pact. *acoluthum*.

(53) Editores conj. *cum*.

(54) *Idem: ipsis*.

(55) Lib. pact. *Triniccio*.

(56) Quæ sequuntur repetita sunt ex Nov. V supra, paucis mutatis.

« Item, si imperium eorum voluerit in numero hujusmodi centum galearum servitium Veneticorum in universa Romania inventorum, debet illud habere cum tot scilicet galeis, quot armari poterunt ex inventis Veneticis, ex quatuor tribus inductis secundum numerum inventorum Veneticorum cum et predicta roga. Tamen non cogentur viginti annorum homines [et] infra galeas ingredi, neque sexaginta annorum et ultra.

« Item, noster stolus debet habere capitaneum vel capitaneos Veneticos, qui jurabunt, quod conducent stolum ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli bona fide sine fraude usque ad stolum celsitudinis imperii eorum.

« Item, si ante quam noster stolus uniatur imperii eorum stolo, invenerit aliquem stolum inimici imperii eorum, et voluerit ei nocere vel eum expugnare, faciet sic absque fraude et malo ingenio aliquo. Postquam vero stolus noster unitus fuerit stolo imperatorie sublimitatis, debent numerari, qui in galeis erunt, a capitaneo stolii imperii eorum, si ipse voluerit; et inventi quidem erunt in servitio celsitudinis imperii eorum; absentes vero studiose ac bona fide curabunt reperire Venetici, si potuerint, et numerum adimplere.

« Item, capitaneus vel capitanei nostri stoli et comites et naucierii, nec non et prodenses et ex unaquaque galearum decem homines jurabunt, quod obediunt præcepto capitanei stoli imperatorie celsitudinis imperii eorum, ad honorem et salutem nostri stoli, sine fraude et malo ingenio, et quod una cum stolo imperii eorum persequentur stolum inimici majestatis imperatorie, sive Christiani sint sive pagani; et offendunt eum et expugnabunt et persequentur, inferentque ei malum, quod inferre valebunt, bona fide, sine fraude et malo ingenio; et impugnabunt eum, quandiu et stolus imperii eorum impugnabit cum bona fide, sine fraude. Et si aliqua [m] terrarum inimici imperialis celsitudinis ceperit, debemus in ea ecclesiam et embolum et scalam habere et conservare sine omni datione. Veruntamen stolus imperii eorum debet tantus esse, quantus et noster, aut amplior. Postquam autem hujusmodi servitium imperii eorum peregerint, debent habere ex galeis, que de Venetia exiverint, ad suam reversionem galeas tot, quod eis necessarie convenienter erunt, et sine fraude et bona fide.

« Item, postquam hujusmodi galee Venetiam pervenerint, si eorum imperium voluerit eas in Romaniam rursum reduci a Veneticis, fiet sic; et unusquisque eorum, qui eas reducet, debet habere proprie mercedis gratia, quod competens est secundum tempus. Si autem imperium eorum voluerit per alias personas sive per aliqua dispensationem reversionem earum fieri in terram suæ celsitudinis, licebit et hoc ei. Si vero volluerit eas ibi custodiri, custodientur ad honorem imperii eo-

rum, tanquam si proprie essent Venetie, veruntamen cum imperiali expensa.

Item, si ob gravitatem aliquam hujusmodi galee nequiverint secundum prefixum terminum de Venetia venire, (*debent*) in servitium stoli imperii eorum ingredi universi in Romania inventi Venetici, secundum quod superius declaratum est, scilicet de IV tres, cum supra scripta roga.

« Item, si eo [rum] imperio expedit adjutorium ad vindictam terre imperialis celsitudinis ob aliquem inimicum in Romaniam ingressurum cum galeis quadraginta aut pluribus, et nequit imperium eorum pro auxilio mittere Venetiam, debet imperatoria majestas Veneticos inducere ad sue terre defensionem contra hujusmodi inimicum, inventos in magna urbe videlicet et circa eam, et ab en locis jacentibus circa eam versus ortum et versus occasum usque ad Avidum, ibique similiter repertos, et in terris, que infra sunt, usque Philadelphiam et in ea, et usque Adriam, polim et in ea, ex quatuor tres, cum tot galeis, quot armare valebunt, inventi secundum predictum ordinem, cum etiam manifesta roga. Tali itaque modo talique ordine juvabunt et defendent Romaniam Venetici contra omnem hominem coronatum et non coronatum, et contra omnem gentem Romaniam nocere volentem, prout superius declaratum est; et contra ipsum regem Alemanie.

« Item, si imperium eorum voluerit mittere Venetiam homines aut vestiaria, gratia conducendi milites aut de Lombardia aut ab alia terra, et dispensandi ad honorem et utilitatem spectantis terre celsitudinis eorum, licebit et hoc eis, nisi hoc contra Venetiam sit. Debent autem Venetici recipere homines et pecunias et vestiaria imperii eorum, et defendere et homines et pecunias eorum ab omnibus inimicis. Veruntamen *clementia* imperii eorum non debet Venetia stolum *edacere* vel exercitum contra aliquem, cum quo Venetici habent unionem et amorem.

« Item, si imperium voluerit per partes Venetie milites in Romaniam ducere, licebit et hoc imperio eorum, nisi ipsi manifesti inimici Venetie sint, aut Venetia impedita sit, sine fraude et malo ingenio aliquo. Nam transacto impedimento licitum erit eis, sive soli fuerint sive cum familiis, transire. Hoc autem servitia debent Venetici imperio eorum et Romanie servire, nisi manifestas inimicicias habeat ab aliqua coronata persona vel aliqua magna terra, ita quod servitium ipsi nequeant facere, sine fraude et malo ingenio.

« Item debent, qui per tempora Duces Venetie erunt, imperio eorum et heredibus eorum masculis et mulieribus imperaturis, sive hiis, qui ex precepto eorum imperio imperabunt, et fidem servabunt etiam eam contra omnem hominem coronatum, et non conoratum, salvo eo, quod per juramentum debent Venetie secundum quod et nunc dux Venetie nos Henricus Dandulus, juravimus.

« Item, si inimicorum imperii aliquis insultum fecerit ad impugmandum aliquam terrarum celsitudinis eorum, in qua sunt Venetici, debent eam defendere Venetici, et inimicos expellere ab hujusmodi terra, prout possunt, bona fide et sine fraude.

« Hanc itaque conventionem firmam custodient Venetici, et hoc sacramentum firmum, et nec ob iram ipsis illatam semper memorandi imperatoris domini Manuelis Porphyrogeniti, nec ob etiam aliquam occasionem ipsis factam, nec pro aliquo precepto vel timore alicujus coronate persone vel non coronate, vel ipsius regis Alemannie, nec pro aliqua excommunicatione ecclesiastica vel solutione alicujus pontificum, aut ipsius papae urbis Rome, hujusmodi violabunt conventionem vel juramentum. Hec autem omnia custodient Venetici bona fide, sine fraude et malo ingenio, quamdiu ab imperio eorum et imperatoribus, qui deinceps erunt, integre conservantur, que nobis promissa sunt a sanctissimo imperatore domino Alexio Comniano per crisobulum imperii ejus. »

Et que quidem suprascripti prudentissimi legati nobilissimi et fidelissimi imperio meo protosevasti et Ducis Venetie, Henrici Danduli, ad imperium meum et Romaniam pepigerunt et juraverunt, et in scripto ab eis subscripto comprehendentes imperio meo tradiderunt, jurandi (57) et ab ipso Duce eorum et tota Venetia hec. Imperium autem meum hec suscipiens, presens chrysobulum verbum suum transmisit nobilissimo et fidelissimo imperio meo protosevasto et Duci Venetie et universae Venetie plenitudini per imperii mei legatum illuc directum, per honorabilissimum et familiarem imperio meo protonotarium (58) vicedominum Theodorum Aulicalamum (59), quod chrysobulum verbum scilicet promittit eis, quoniam nobilissimo duce eorum protosevasto et magno et parvo consilio Venetie, ac alia ejus plenitudine suscipientibus hoc, sacramento quoque secundum suam consuetudinem confirmantibus, et in scripto ponentibus hec omnia continentia, et proprietarum suarum manuum subscriptionibus id consummantibus, et cum predicto protonotario imperio meo id mittentibus, tradetur eis ab eo presens chrysobulum verbum imperii mei, corroborans et confirmans fidelissimis imperio meo Veneticis antiquitus facta chrysobula a sempiternae memorie imperatore et proavo imperii mei, domino Alexio Comniano et filio ejus imperatoris, domino Johanni, et dilecto patruo imperii, domino Manuele Comniano; insuper et facta eis chrysobula ab imperante dilectissimo fratre imperii mei, domino Isaakio Angelo super hiis, que promissa sunt eis per ea, tam complectis quam et non adhuc finem capientibus, et efficaciam ac incommutatio-

nem habebunt, et tanquam facta ab imperio meo deputabuntur. Corroborat enim et confirmat ea imperium meum per presens chrysobulum verbum suum et precipit, eos conversari salvos et sine timore in omnibus regionibus imperii mei, in personis et pecuniis eorum, tam ab hominibus imperii mei, quam et ab ipso imperio meo, habere quoque ipsos et omnia tenementa, que habebant tempore super eos prevenientis ire semper memorandi imperatoris patris imperii mei, domini Manuelis Comnani. Et si ob servitium, quod imperio meo fecerint vel imperaturis, prout in superius ordinato scripto legatorum Veneticorum declaratur, et si superveneritis a coronate persona vel magna gente guerra, debet imperium meum vel per tempora imperaturi, sicut in ipsa conventionem declaratur, eos adjuvare, prout deberet adjuvare unam de magnis civitatibus Romanie. Insuper, si et imperium meum aut imperaturi fecerit amorem aut treguam cum aliquo inimico, contra quem servierint imperio nostro, debet imperium nostrum eos inducere in talem illum amorem vel treguam.

Promittit et eis licentiam habere in omnibus regionibus imperii mei, tam in hiis, que circa litus sunt, quam et in hiis, que infra terram, et in ipsis insulis, et simpliciter in omnibus partibus, que sub potestate nostre pie sunt tranquillitatis, omnem mercationem exercere, et emere atque vendere omnem speciem in regionibus imperii mei nascentem, et ex aliis regionibus in eas allatam sive per naves per mare, sive per samaria vel plaustra per terram; et nec comercium aut pedagium vel passagium aut samariaticum vel pertuaticum aut savuraticum aut causa onerandi aut scalaticum, nec aliam aliquam census appeticionem a navibus in Romaniam venientibus vel a samariis vel plaustris per omnes regiones imperii mei transeuntibus ex consuetudine exactum (60) exigentur.

Insuper et, quoniam in quibusdam regionibus imperii mei molestiam et infestationem non parvam Veneticos imperio meo fidelissimo (61) iam dicti prudentissimi legati Venetie, Petrus Michael et Octavianus Quirinus, meo suggestere imperio, eo quod clare in chrysobolii prius eis factis ipse non sint ordinate: imperium meum et a tati molestia volens fidelissimos et Veneticos liberare, et nominatim omnes regiones, que sub Romania sunt, in quibus mercari debent, ordinare in presenti chrysobulo meo placuit imperio. Que sunt iste videlicet: Provincia Dirrachii (62) cum illis, que in ea sunt personarum et ecclesiarum immobilibus. Provincia Jericho et Caninon cum omnibus in ea immobilibus existentibus. Provincia Joaninon. Provincia Drynupoleos. Similiter provincia Dyavoleos,

(57) Fortasse jurabuntur.

(58) Editores notant: « Sic nos ex compendio libri albi, *præconium* lib. pact. »

(59) Ibidem. *Leges Auricularum*.

(60) *Leges exactam*.

(61) Editores volunt: *Veneticorum — fidelissimum*.

(62) Geographica optime illustravit Tafelius I. I. in adnotationibus, quas consule.

Provincia Colonia. Provincia Achrydos. Provincia Prespe. Provincia Castorie. Provincia Servion. Provincia Triadice et Vvelevusdii. Provincia Nisi et Vranisove. Provincia Scopie cum episkeps: Coriton. Provincia Sagorion. Provincia Malesovii et Morovisdii. Provincia Strunice. Provincia Prilapi et Pelagonie ac Molyscii, nec non et Mogreno. Provincia Verias cum catepanikio Cetri. Provincia Voleri, Strimonos et Thessalonices. Provincia Nicopolon cum episkepsibus in ea existentibus personalibus, ecclesiasticis et monasterialibus, et cum ipsis episkepsibus subjectibus intimis consanguineis imperii mei, semper felicissimis sevastocratoribus Cesaribus et dilectis imperii mei filiabus, ac desideratissime ipsi mee Auguste. Insula Coryphy, Kephali, Zakintos, Leukas, Ithaki. Orion Patron et Methonis. Orion Corinthii, Argus et Nauplii. Orion Thebarum et Euripii, cum insulis Andro et Caristo, Keo, Milo et in ceteris insulis, que sub Antro sunt et Caristo. Dodeconissos. Mitilini. Chios. Samos. Rodos. Kos. Strovilos. Kriti. Kipros. Orion Athenarum. Provincia Velechative. Provincia Valachie. Episkepsis Dimitriadis. Duo Almeri. Episkepsis Crevennicon et Fersalon. Episkepsis Domocu et Venenis. Chartularata Ezeros, Dobrochuvysta, et que sub ipsa sunt ville. Tricala. Provincia Larisse. Episkepsis Platamonos. Provincia Trakis et Macedonie, et que in ea sunt [episkepse] physcales et personales. Episkepsis Kerovachii. Silivria. Episkepsis Zurlii et Theodorupleos. Episkepsis Messinie, Archadiupleos et Vulgarophigi, Provincia Cheronissi. Provincia Adrianupleos et Didymotichi. Provincia Branchalii, Provincia Phylipuleos, Veroy, Moras et Arohidii. Provincia Mesothinie Episkepsis Damatrios. Provincia Nicomedie, Episkepsis Pillarum et Pithion. Provincia Opsikin et Egeu cum episkepsi Lopadiu et Appoloniade. Provincia Acherau. Provincia Atramyti. Provincia Milasis et Melanudii. Provincia Meandri. Provincia Neochastron. Provincia Phyladelphye. Provincia Attalie, Seleukie, Antiochiae, Laudikie; et usque ipsam Antiochiam; et simpliciter in omni tenemento, quod sub meo est imperio, sive secus litus aut infra terram. In omnibus enim talibus regionibus imperii mei et Romanie, vel phiscales sint aut ecclesiastice vel subjecte secretis sacrarum domuum aut ipsis intimis cognatis imperii mei, per omnia felicissimis sevastocratoribus et Cesaribus, ipsis dilectis filiabus imperii mei, nec non et ipsi mee dilectissime Auguste, sine impedimento erunt mercatores, et in ipsa etiam urbium regina nullam mollestiam ab aliis sustentantes, nec etiam ex toto usque unum obolum pro commercio vel passagio vel samariatico vel scaliatico vel portuatico vel pro aliquo alio capitulo requisiti: eandem etiam libertatem habebunt et ab eis conducta samaria et plaustra, et nec

Ἄλλ' ἴσως πάλιν ἀμφιβάλλεις καὶ ἀπιστεῖς, ὅτι οὗχ ὄρας σάρκα καὶ αἷμα, ἀλλ' ἄρτον καὶ οἶνον. Περὶ οὗ εἰδέναι σε χρὴ, ἀχάριστε καὶ ἀγνώμων, περὶ τὸν εὐεργέτην, ὅτι ὁ τὰ πάντα εἰδὼς Θεός, φιλιανθρωπότατος ὢν, οικονομικῶς τοῦτο ἐποίησε, τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνων, ἵνα μὴ ἀποστρέφονται οἱ πολλοὶ τὸν ἀβραβῶνα τῆς αἰωνίου ζωῆς, καὶ δυσχεραίνωσι, σάρκα καὶ αἷμα βλέποντες. Διὸ διὰ τῶν συνηθετέρων τῆς φύσεως τοῦτο γίνεσθαι ἡδουλήθη, συζεύξας αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ. Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, εἰπὼν· καὶ, Λάβετε, φάγετε, καὶ πίνετε ἐξ αὐτοῦ πάντες εἰς ἄφραστον ἀμαρτιῶν· καὶ πάλιν· Ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σὰρξ μου ἔστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς· καὶ· Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνετε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Διὰ τοῦτο αὐτῶ πιστεύοντες, οὕτω προσφέρομεν ἄρτον τέλειον, ζῶντα, εἴτουν σῶμα Χριστοῦ τέλειον, καὶ μετὰ τὸ πάθος διαμμενηχὸς καὶ ὀλόκληρον· οὐδὲ γὰρ ὄσπου αὐτοῦ συνετριβή· καὶ τῆς θείας ζωῆς ἀχώριστον, τοιοῦτον οἶον αὐτὸς ὁ πρῶτος ἡμῶν καὶ μέγας ἀρχιερεὺς καὶ θύτης καὶ θυμία τοῖς οἰκαίοις μυσταῖς παρέδωκεν· αὐτοὶ τε πάλιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται τοῦ Λόγου καὶ ὑπηρέται τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπὶ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, παρίδουσαν πάντας μὲν τῇ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅπου καὶ ὁ θεῖος Ἰσάβδος ὁ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως ἀδελφός, καὶ διάδοχος τὴν μυστικὴν καὶ ἀναμικτον λειτουργίαν ἐξέθετο· Πέτρος δὲ καὶ Παῦλος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ· Παῦλος δὲ Ἰδίως, καὶ πάση τῇ οἰκουμένῃ· Μάρκος δὲ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ· Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας τῇ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Εὐρώπῃ· καὶ πάντες τῇ πανταχοῦ Ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς συγγραφείσης τῆς ἱερᾶς Κλήμεντι λειτουργίας παραδεδώκασιν· ἐν ᾗ ταῦτα οὕτω βητικῶς κεῖται·

«Μεμνημένοι οὖν ὧν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν, εὐχαριστοῦμέν σοι, Θεὲ παντοκράτορ, οὐχ ὅσον ὀφειλομέν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα, καὶ τὴν διάταξιν αὐτοῦ πληροῦμεν· Ἐν ᾗ γὰρ νυκτὶ παρεδίδοτο, λαβὼν ἄρτον ταῖς ἀγίαις καὶ ἀμώμοις αὐτοῦ χερσὶ, καὶ

essent fecit? Unus trium personarum Divinitatis qui postremis temporibus incarnatus est, et panem in suum corpus transmutari jussit? Quid requiris causam et ordinem naturæ, panis transmutationis in Christi corpus, et aquæ (2) vini in sanguinem; cum supra naturam, rationem, mentem, et cogitationem, ex Virgine sit natus? Non credes itaque nec mortuorum resurrectionem, nec in cælos ejus assumptionem, et alia Christi miracula supra naturam, mentem et cogitationem eminentia, Id tibi accidit, quod Christum, non Deum verum ac Filium Dei confiteris, sed Arianismum vel potius Judaismum recipis.

At fortassis dubitas minimeque credis, quod non videas carnem et sanguinem, sed panem et vinum. Qua de re scias oportet, tui qui ingrato iniquoque animo erga beneficium affectus es, Deum qui omnia novit, cum humanissimus sit, provide hoc fecisse, ad hominum imbecillitatem se demittentem, ne aversarentur multi arrhabonem æternæ vitæ, et ægre ferrent, carnem et sanguinem intuentes. Itaque rebus naturæ consuetis hoc fieri voluit, his suam divinitatem conjungens, cum dixit: *Hoc est corpus meum*; et: *Hic est sanguis meus*; et: *Accipite, comedite, et bibite ex eo omnes, in remissionem peccatorum*; et rursum: *Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*; et: *Nisi manducetis carnem Filii hominis, et bibatis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis*. *Hoc facite in meam commemorationem*. Propterea ei credentes, ita offerimus panem perfectum, vivum, sive corpus Christi quod perfectum etiam post passionem permansit et integrum (neque enim os ejus contritum est) et a divina vita inseparabile, plane quale ipse primus noster ac magnus Pontifex et sacrificus victimaque, suis ipsius discipulis tradidit: iique denuo qui ab initio suis ipsi oculis Verbum intuiti sunt, eique ministrarunt, catholicæ Ecclesiæ ab extremis ad extremos usque orbis terrarum limites tradiderunt: omnes quidem Hierosolymitanæ, ubi et divus Jacobus primi magnique Pontificis frater ac successor, mysticam incruentamque Liturgiam exposuit. Petrus autem et Paulus Antiochensis; Paulus vero peculiariter, orbi universo; Marcus, Alexandrinæ; Joannes et Andreas, Asiæ et Europæ; omnesque universæ Ecclesiæ ubicunque sit, per eam quam sanctus Clemens conscripsit Liturgiam, tradiderunt; quæ hæc ita ad verbum habentur:

«Memores igitur eorum quæ propter nos passus est, gratias agimus tibi, Deus omnipotens, non quantum debemus, sed quantum possumus, et ejus statutum adimplemus. *In qua enim nocte tradebatur, accipiens panem in sanctas et immaculatas suas*

(2) Cautè lege: nam aqua non consecratur, nisi prius in naturam vini conversa, nec tute sentiunt, qui oppositum reputant.

*manus, et elevatis oculis ad te Deum ac Patrem suum, fregit, deditque nobis dicens: Accipite ex eo, comedite: Hoc est corpus meum quod pro multis comminuitur, in remissionem peccatorum.* Similiter et calicem ex vino et aqua temperatum, sanctificavit, deditque nobis dicens: *Bibite ex eo omnes; hic est sanguis meus qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facile in meam commemorationem.* Memores igitur passionis ejus, mortis, resurrectionis, reditus in cœlos et futuri ejus secundi adventus, in quo veniet judicaturus vivos et mortuos, redditurusque cuique secundum opera sua, offerimus tibi regi ac Deo, secundum ejus institutionem, panem hunc, et hunc calicem, gratias tibi per eum agentes, quod nos fueris dignatus adstare coram te et tibi sacrificare. Et te rogamus ut propitio serenoque vultu respicias supra hæc proposita dona coram te, tu qui nullius indiges, Deus: et tibi complacitum sit in eis ad honorem Christi tui, et mittere digneris sanctorum tuorum Spiritum super hoc sacrificium, testem passionum Domini Jesu, ut efficiat panem hunc, corpus Christi tui; et calicem hunc, sanguinem Christi tui.»

Et iterum magnus ille Paulus: *Ego accepi a Domino quod et tradidi vobis: quod Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et benedixit, fregit, dixitque: Accipite, comedite; hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur. Hoc facile in meam commemorationem. Quotiescumque enim comeditis panem hunc, et calicem hunc bibitis, mortem Domini annuntiatis, donec veniat* <sup>13</sup>. Si vero oenses, hoc quod a nobis perficitur, illo minus esse, nescis Christum etiam hoc tempore operari, nuncque adesse; *Ero enim vobiscum dies universos ad consummationem usque sæculi* <sup>14</sup>, pollicitus est. Hoc item mysterium summopere admirans quasi obstupefactus divus Apostolus, cum timore Dei ac fide ut digne ei participemus adhortatur, et supplicium transgressori definit: *Quicumque comederit, iniquiens, panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini* <sup>15</sup>. Id periinde est, ac si dixerit (divi Chrysostomi sententia): *Quemadmodum tradidit quidem eum Judas, in eum vero petulanter debauchati sunt Judæi: ita dedecore et infamia eum afficiunt, qui sanctissimum ejus corpus indigne ore sumunt, et corpori admovent impuro.* Itaque inquit, *Probet seipsum homo; non alter alterum, hoc enim judicare est, sed primum quisque seipsum: et sic de pane edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans, hoc est, perpendens et considerans corpus Domini* <sup>16</sup> propositum. Quod si is, qui per se in aliquod humanorum vitiorum delapsus est, et indiscrete accessit, ut indigne communicans, tanta

ἀναβλέψας πρὸς σε τὸν Θεὸν αὐτοῦ καὶ Πατέρα, καὶ κλάσας ἔδωκεν ἡμῖν, εἰπὼν· Λάβετε ἐξ αὐτοῦ, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ περὶ πολλῶν θρυπτόμενον εἰς ἄφεισιν ἁμαρτιῶν. Ὁσαύτως καὶ τὸ ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ ἀγιάσας ἔδωκεν ἡμῖν λέγων, Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεισιν ἁμαρτιῶν. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Μνησθημένοι τοίνυν τοῦ πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανούς ἐπανόδου, καὶ τῆς μελλούσης αὐτοῦ δευτέρας παρουσίας, ἐν ᾗ ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ ἀποδοῦναι ἐκάστην κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, προσφερόμέν σοι τῷ βασιλεῖ καὶ Θεῷ, κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν, τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, εὐχαριστοῦντές σοι δι' αὐτοῦ, ἐφ' οἷς κατηξίωσας ἡμᾶς ἐστάναι ἐνώπιόν σου καὶ ἱερατεῦσιν σοι· καὶ ἀξιούμεν σε, ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ ἀνευθεὶς Θεός, καὶ εὐδοκήσῃς ἐπ' αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ καταπέμψῃς τὸ ἅγιόν σου Πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην, τὸν μάρτυρα τῶν παθημάτων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅπως ἀποφῆνοι τὸν ἄρτον τοῦτον, σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, τὸ ποτήριον τοῦτο, αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου,

Καὶ πάλιν ὁ μέγας Παῦλος· Ἐγὼ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλυόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὅσακις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὰ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. Εἰ δὲ ὑπονοεῖς τοῦτο τὸ παρ' ἡμῶν ἐπιτελούμενον ἕλαττον εἶναι ἐκείνου, οὐκ οἶδας ὅτι ὁ Χριστὸς καὶ νῦν ἐνεργεῖ, καὶ νῦν πάρεστιν· Ἔσομαι γὰρ μεθ' ὑμῶν τὰς ἡμέρας ἀπάσας ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ἐπιγγέλατο. Τοῦτο τὸ μυστήριον πάλιν ὑπερεκκλήτομενος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ πίστεως ἀξίως ἡμᾶς αὐτοῦ μετέχειν παρακαλεῖται, καὶ τιμωρίαν τοῦ παραβαίνοντος ἀφορτίζεται· Ὅς ἂν ἐσθίῃ, λέγων, τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου. Ταῦτὸν δὲ εἰπεῖν (κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον), καθάπερ παρέδωκε μὲν αὐτὸν Ἰουδαίαι, ἐπαρνήσαν δὲ εἰς αὐτὸν Ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσιν αὐτὸν οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα ἀναξίως τῷ στόματι δεχόμενοι, καὶ ἐναγεῖ προσφέροντες σώματι. Διὸ φησι· Δοκιμαζέτω ἄνθρωπος ἑαυτὸν, οὐχ ἕτερος τὸν ἕτερον· τοῦτο γὰρ κρῖναι ἔστιν· ἀλλὰ πρῶτον ἕκαστος ἑαυτὸν· Καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω· ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων, τουτέστιν ἐξετάζων καὶ ἐννοῶν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου προκείμενον. Εἰ δὲ ὁ καθ' ἑαυτὸν ἔν τι

<sup>13</sup> I Cor. xi, 23, 24, 27. <sup>14</sup> Matth. xxviii, 20. <sup>15</sup> I Cor. xi, 27. <sup>16</sup> ibid. 28, 29.



τῶν ἀνθρωπίνων ὀλισθαίνων, καὶ προσίων ἀδιακρί-  
τως, ὡς ἀναξίως μετέχων, τσσαύτης ἀξιούται τῆς  
κατακρίσεως· ὁ περὶ αὐτὴν τὴν ἱερουργίαν ἐξαμαρ-  
τάνων, καὶ ἀμέσως αὐτὸ τὸ Κυριακὸν καθυβρίζων  
σῶμα καὶ ἀπαρνούμενος, τὴν τε παράδοσιν ἀθε-  
τῶν, καὶ τὸν παραδεδικότα καταπατῶν, τίνας ἂν  
εἴη καὶ πόσῳ μᾶλλον χειρόνος τε καὶ μείζονος  
ἄξιος καὶ κατηγορίας καὶ τιμωρίας; Ἄρ' οὐ φρί-  
κης γέμει τὰ εἰρημμένα; Ἄρ' ὑπολέλειπτάί τις  
ὕπερβολὴ τῆς καινοτομίας καὶ παραβάσεως  
καὶ ἀθείας τολμήματι; Ἄλλὰ ῥῦσαι, Κύριε, διὰ  
τοῦ ἐλέους σου τοιαύτης θπάτης τε καὶ παραφρο-  
σύνης πάντας τοὺς μὴ ὀρθῶς ὁμολογοῦντας τὸν ὄφ'  
ἡμῶν ἱερουργούμενον ἄρτον καὶ οἶνον, σῶμα τέλειον  
καὶ αἷμα τίμιον εἶναι τοῦ Χριστοῦ σου.

A mulctatur condemnatione: qui in ipsam consecra-  
tionem peccat, et immediate ipsum Dominicum  
contumeliis afficit corpus atque negat, traditio-  
nemque abrogat, et auctorem qui tradidit, con-  
culcat, quanquam fuerit, et quanto magis deteriori  
ac majori dignus tum accusatione tum supplicio?  
Horrore plena sunt ea dicta? Reliquumne est  
ullum novi facinoris, prævaricationis, impietatis  
genus, quod ad hanc sceleris audaciam accedere  
possit? Verum libera, o Domine, per tuam mise-  
ricordiam ab hac impostura et dementia omnes  
eos qui non recte constantur, quem consecramus  
panem et vinum, corpus perfectum et sanguinem  
pretiosum esse Christi tui.

ANNO DOMINI MCXCH.

# EUSTATHIUS

## THESSALONICENSIS METROPOLITA

### NOTITIA.

(Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles, t. XI, p. 282. — Subjiciuntur notæ quas addidit Opusculorum Eustathii editor, D. Theoph. Lucas Fridericus Tafel in libro *De Thessalonica ejusque agro*, p. 351).

Eustathius Cpolititanus (a), monachus S. Flori (b), sive illius monasterii quod ædi SS. Flori et Lauri in urbe Cpoli vicinum erat. Ita enim malo cum Baudurio verba τοῦ κατὰ Φλώρον, apud Demetrium Chomatenum, interpretari, quam cum Cangio, *diaconum ad Flori ædem* (c). Deinde libellorum supplicum magister, magister rhetorum (d), hinc Magnæ Ecclesiæ Cpol. diaconus (e), et ex designato Myrensis Ecclesiæ episcopo archiepiscopus, Thessalonicensis, insigni virtutis et

(a) Ubi Eustathius natus sit, Fabricius nullibi monstravit. Aliud enim est probare, aliud asserere. Sed fuit genere et natalibus Cpolititanus, quod jam per se patet. Eustathius in narratione *de Thessalonica urbe a Latinis capta*, num 55: Ἡμεῖς (Eustathius de se) γούν φθάσαντες τὴν τῶν πολεμίων ἑφοδόν, τοὺς ὅσοι μεθ' ἡμῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἦσαν τέκνα, ἐξεστειλάμεν (a. 1485. — εἰς τοὺς ταυτῶν, κ. τ. λ. Eustathii familia me latet, namque ejus nomen, ut aliorum clericorum, est monasticum.

(b) Demetrius Chomatenus in responso, etc. (Leunclavii *Jus Græco-Rom.* vol. I, pag. 517): Τοῦ γὰρ σοφωτάτου ἐκείνου Εὐσταθίου τοῦ κατὰ Φλώρον διακόνου ὄντος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ μαίττορος τῶν ῥητόρων, κ. τ. λ. Ubi Μεγάλη Ἐκκλησία quid aliud erit quam magna illa Sophiana? Dein illud τοῦ κατὰ Φλώρον idem mihi est quod monachi e monasterio S. Flori. Quod ni admiseris, non habebis expressum ecclesiæ (s. monasterii) nomen. Nemini enim rerum Byzantinorum intelligenti incognitum est, ecclesias et monasteria Græcorum e conditoribus sanctisque nomen traxisse. Quid ergo est illud: *ecclesiæ juxta*

S. Florum sitæ? In fine hujus expositionis noto, Eustathium Cpoli eruditum fuisse, et quidem in monasterio S. Euphemie. Videatur ejus epistola 30: Καὶ τοὺς κελούς μου ποτε συντρόφους, τοὺς τῆς εὐεργετιδὸς μου ἁγίας Εὐφημίας κληρικούς.

(c) Titulus hujus muneris seu dignitatis aulicæ, de qua v. Du Cangium s. v. est hic: Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Exemplum supplicationis habes apud ipsum Eustathium epist. 17: Τοῦ αὐτοῦ, γεγονότος ἐπὶ τῶν δεήσεων. Ἐγεις, ἰδοὺ, παντέδαστέ μου αὐθέντη, πρώτην τὴν τοῦ Εὐσταθίου δέησιν· καὶ σοὶ ἐγκαινίζω εὐτυχῶς τὸ ὄφφικιον, κ. τ. λ.

(d) Hoc munus (sc. professoris rhetorices), quo Eustathius Cpoli functus erat, ipse respicit epistola 45: Τὸ δὲ καὶ ὀνειδίζειν, τύφος ἡμᾶς παθεῖν, ἐφ' οἷς τῆς σοφιστικῆς βαθμῆς προσέβημεν, μὴ σὺ γέ ἐτι, κ. τ. λ.

(e) Ad diaconatum suum Cpolititanum alludit Eustathius epistola 34: Τεκμήριον δὲ ὁ σύνδουλός μου καὶ ποτε συνδιάκονος, κ. τ. λ. Eo munere fungens Pindaricos suos commentarios scripsit, quorum inscriptio: Τοῦ αὐτοῦ ἐτι ἐν διακόνῳ ὄντος πρόλογος τῶν Πινδαρικῶν παρεκβολῶν. Eodem vitæ Eustathianæ stadio alia quoque sammi

eruditionis laude floruit temporibus Manuelis, Alexii, Andronici et Isaacii Angeli Comnenorum, adhuc superstes a. 1194. Magnis laudibus mactatur a Niceta Choniata in Annalibus libro VIII, pag. 238, 334, et a Michaele Psello in epistolis ineditis (ex quibus nonnulla affert Cangius Glossario Græco in Πύτυρο). Defunctum pro funere laudarunt Euthymius et Michael Choniates, quorum orationes mss. Oxonii in bibl. Bodleiana codice Barocc. CXXI. Euthymius inter alias celebrat *fasces epistolarum*, quas, ait, se habere Eustathii, manu ipsius exaratas. Epistolas Eustathii ad Psellum in codice regio evoluit Cangius pag. 1296 Glossarii Græci. De commentariis ejus editis uberrimis atque pereruditissimis in Homerum dixi lib. II, cap. 3, et de commentariis in Dionysium Periegetem, quos Joanni Ducæ, Andronici Camateri (de quo supra pag. 286. ed. vet. lib. IV. cap. 2) filio, inscripsit. In eodem, quem paulo ante memorabam, codice Barrociano habentur plura Eustathii adhuc inedita, ut *Oratio in [ad] Manuelem Comnenum imp. Supplicatio ad eundem imp. nomine civitatis Thessalonicæ [Cpolean], cum siccitate laboraret. Iesus [?] in fratris suis obitum*. In catalogo mstorum bibliothecæ Scorialensis observavi memorari *orationem ab Eustathio Thessalonicensi archiepiscopo habitam ad eos qui in templo erant S. Demetrii* μυροβλύτου, *in principio indictionis anno 6702 (Christi 1194) [a] Eustathii Commentaria in Jo. Damasceni canones sive hymnos* citat Al-latius *De consensu utriusque Ecclesiæ*, pag. 613, 614, et in *Diatriba de Georgiis*, pag. 319 seq. (1).

viri scripta debentur, se. Homerica, Dionysiaca, Aristophanea. De ultimis v. ipsum in proœmio Pindaricorum cap. 35. Cujus ecclesiæ Cpolitanae diaconus fuerit, non satis liquet. Putem, Sophianæ, coll. Demetrio Chomateno supra cit. : Τοῦ γὰρ σοφωτάτου ἐκείνου Εὐσταθίου τοῦ κατὰ Φλώρον διακόνου ὄντος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, κ. τ. λ. Ubi Μεγάλη Ἐκκλησία vix aliud significabit, quam principem omnium ecclesiarum regni Byzantini, scilicet Sophianam seu Sophiam Cpolitanam. In fine noto, titulum Eustathianorum commentariorum

in Dionysium scriptorum apud Bernhardium (p. 67) sic exhiberi: . . . Εὐσταθίου διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ ματιτωρος τῶν ῥητόρων, κ. τ. λ. Ubi inter διακόνου et ἐπὶ inserendum videtur καὶ. Quid enim erit, διάκονος ἐπὶ τῶν δεήσεων? Postremo quo ordine honoribus suis Cpolitanis positus sit Eustathius, altioris indaginis esse videtur.

(a) Vixit certo anno adhuc 1192. Cf. Eustathii : *Allocutionem ad Isaacium Ang. post Serbos fugatos*.

(1) Hæc Commentaria primus edidit card. Mai in *Spicil. Rom.* tom. V, anno 1844. Eort.

## EUSTATHII THESSALONICENSIS METROPOLITÆ ORATIO IN PSALMUM XLVIII

*Sancti Patris nostri Eustathii, Thessalonicensis metropolitæ, in illud : « Laboravit in sæculum, et vivet in finem. » Agit autem in hac dissertatione didactica etiam de elemosyna et humilitate, et jejuniis, et lotionibus, et oratione, et de cæteris ad virtutem spectantibus.*

1. Non potest fieri, o fratres, ut quispiam inter vos remissus aut languens, nec prorsus ad bonum experfectus, laudem aliquam qua Deo acceptus fiat aut aliud quid pulchri inveniat. Scimus enim nihil eorum quæ in vita desiderabilia sunt, sine labore ac studio hominibus tribui, ne illa quidem quæ corpori enutriendo inserviunt, siquidem cibi alimenta neque gratis neque sponte hominibus contingunt. Cætera enim animalia pabulis sponte crescentibus nutrirī solent et pinguescere cibis a natura beni-

Α Τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Εὐσταθίου, μετρο-πολίτου Θεσσαλονίκης, εἰς τὸ « Ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς τέλος. » Δια-λαμβάνει δὲ ὁ διδασκαλικὸς οὗτος λόγος καὶ περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ ταπεινώσεως, καὶ νη-στείας, καὶ λούματος, καὶ εὐχῆς, καὶ λοιπῆς ἐναρέτου διαγωγῆς.

α'. Οὐκ ἔστιν, ὦ ἀδελφοί, ἀνιέμενόν τινα ἐν ἡμῖν καὶ ἀναπίπτοντα, καὶ μὴ δῶς ἐγγηγοῦντα εἰς ἀγα-θόν, ἐπαινὸν ποθεῖν εὐρίσθαι θεοφιλῶς, ἢ ἄλλο τι καλόν. Οἴδαμεν γὰρ μηδὲν τῶν ἐν τῷ βίῳ ἐφετῶν ἀπίνως ἀνθρώποις περιγιγνεσθαι, μηδ' αὐτὰ, ὅποσα τὸ σῶμα τρέφειν οἶδεν, οἷα μηδὲ τοῦ θρεπτικοῦ ἐράνου τυχαίου καὶ αὐτομάτου ὄντος ἐν ἀνθρώποις. Β Ζῶον μὲν γὰρ ἕτεροῖον θρέφεται εἰκαλαῖς ἐνθύσει, ἅς οὔτε ἄρατος, οὔτε σπόρος αὐχούσι προάγειν, καὶ ἀρετῇ ζωικῇ ἐντεῦθεν τῷ τοιοῦτῳ ζῳῳ ἐπιγενήσε-

ται· ἄνθρωπος δὲ, τὸ ἐν κόσμῳ ἄριστον ζῶον, τὸ τοῦ Θεοῦ ἔργον, τὸ εἰς ἐργατείαν ἐκείθεν εὐφυές, τὸ μὴ τεταγμένον ἀναπίπτειν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀεινῆσιαν παραγγέλλον, ὅτε διατίθεται νοερώς, καὶ κοπιᾷσει, καὶ ἰδρωτὰς ἐκκρινεῖ, καὶ πονήσεται καλὸν ποιῆσαι· καὶ οὕτω τεύχεται τῆς ἐφέσεως, οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ συνεπιλαμβανομένου Θεοῦ.

per laborabit, et sudoribus madebit, et bonum facere contendet, atque hoc modo ad desiderata pertendet, non simpliciter per se, sed adjuvante Deo.

β'. Εἰ δ' ὅτι κυριεύειν των ἐπὶ γῆς αὐτὸς τέτακται, ἀξιοὶ ἀνεῖσθαι, καὶ θελεῖ ἀνακεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς ἀγαθοῖς κόποις εἶναι, ἀλλὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐναγετω κοπιᾷν εἰς καλὸν, καὶ μοχθεῖν ἐπ' ἀρετῇ ὅποια τὴν θεοθεν αὐτῷ δεσποτείαν ἐπικουμήσει. Παραδέδοται γὰρ, καὶ οὐκ ἔστιν ἀντειπεῖν, ὅτι φροντιστικὸς ὡς μάλιστα ὁ πλειόνων κρατῶν· διὸ καὶ τοσαύτης ἐχρῆν τῷ ἄρχοντι μετεῖναι σπουδῆς καὶ βουλής καὶ ἐντερεχίας, ὡς μὴδὲ παννύχιον ἐξεῖναι καθεύδειν αὐτόν.

γ'. Εἰ γοῦν βασιλεύει τῶν ἐπὶ γῆς ἅπας ἄνθρωπος, καὶ μάλιστα ὁ σπουδαῖος, ἐνθυμέσθω καὶ μελέτωρ ἐκτουῦ τε εἶναι τοῦ ἐνός, καὶ δι' αὐτοῦ οὐδενός, κατὰ τὴν παλαιὰν προοίμιαν, καὶ τῶν ἄλλων δὲ, ὅσους ὅπ' αὐτῷ ἔταξεν ὁ Θεός· καὶ μὴ ἠθελέτω ἀπονητὶ, ἐπιβολὸς ἐναρέτου γίνεσθαι πράγματος, ἐλπιδόκοποι μὲν εἰς κενὸν κατὰ τοὺς ὄνειροπολοῦντας καὶ εὐρίσκοντας ἐνώπιον τὰ διὰ πόθου αὐτοῖς, Βαλλέτω δὲ εἰς νοῦν καὶ σοφὸν ἐκεῖνον παλαιόν, ὅς παίζων τοὺς ἐθέλοντας μὲν ἐν ἀγαθοῖς εἶναι, ὀκνοῦντας δὲ κοπιᾷν καὶ οὕτω κτᾶσθαι τὸ θελητόν, ἀπὸ σχόλησε φωνῆ, ἱστορησάμενος ὡς ἐπὶ τρυφῆ· καὶ ἐπλάσατο τινα βίον παλαιάτου, ἐν ᾧ θυσία τε ζῶσα, τὰ τε κρέα ἐφθὰ καὶ ὅππᾳ ταῖς τραπέζαις ἀπραγμό- C καὶ ἐπίτρεχον εἰς ἐστίαν μακαρίαν καὶ εὐδαίμονα, καὶ ζῶμοι λιπαροὶ ποταμηδὸν ἔβρον εἰς χρῆσιν τοῖς ὀριγνυμένοις, καὶ πτηνὰ καλὰ εἰς βρωσιν κατεπιτέλλοντο ἔτοιμα τοῖς δαιτυμόσι, καὶ τοῖς ἐκείνων ἐμπίπτοντα στόμασι παρεβύοντο, καὶ ἰχθύες δὲ ὀπτιώντες ἑαυτοὺς, ἐπειδὴν θάτερον μέρος κατεργασθῶσι κυρί, μετεστρέφοντο αὐτοκάλιστοι ἐπὶ θάτερα, καὶ οὕτως εὐθετοὶ γεγονότες ἀρτύσαι τράπεζαν, καὶ ἀρθόντες μετέωροι ταῖς τραπέζαις ἐνεκυβίστων· καὶ ἐτρέφον οὕτως ἐξ αὐτομάτων οἱ τότε δαιταλεῖς ἔπνοιοι.

δ'. Καὶ ἐξέθετο μὲν ταῦτα ὁ σοφὸς ἐκεῖνος λαλῶν εὐτράπελα κατὰ τῆς Ἀσκραίας μούσης (ὡς ἂν τις εὐθυδύλως νοήσοι), ἐφ' οἷς χρύσειον ἐκείνη ἀρχαῖον ζωώσασα γένος ἠγαλμάτωσε, μεταλλεύσασα δεξιῶς, καὶ χρυσοχοϊκῶς χροανεύσασα. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν αὐτό· ἔπειτα δὲ εἰς ἀργύρεον αὐτὸ ὑπεβίβασε, καὶ θάνατον ἐβῆρτο τοῖς τότε γλυκύν, οἷα καὶ ὕπνον, βῆστων ἢ βίου καὶ ἀπόνῃ ζωῇ ἀνάληπτον καὶ αὐτὸν ἐφεπόμενον. Διαγραφάμενος δὲ οὕτως ὁ ἀστειὸς ἐκεῖνος, καὶ γοητεύσας ἀκοῆς, ὡς καὶ ὄνειροπολεῖν τρυφὰς καὶ τραπεζώματα, οὐ φάυλως, οἶμαι, καθίκετο τῶν εἰς μάτην χασμωμένων, καὶ τὸν κόλπον διὰ κενῆς ἀναπνευστικῆς, ἐξαπλοῦντων δὲ καὶ τῷ χεῖρε,

agna productis, ad quorum incrementum neque aratro, neque semente opus est, et quibus vis vitalis in animalibus conservatur: homo autem, animal in hac terra præstantissimum, opus Dei ad opera divina aptissimum, homo, inquam, non ad languescendum compositus, sed continuo motui destinatus, quando rationaliter vivit, semper laborabit, et sudoribus madebit, et bonum facere contendet, atque hoc modo ad desiderata pertendet, non simpliciter per se, sed adjuvante Deo.

2. Tantum autem abest ut ideo, quod dominus terræ constitutus est, languescere et otio sese dederet et a bonis laboribus cessare permittatur, ut illo ipso etiam magis impelli debeat ad pulchrum sectandum et virtuti studendum qua dominium divinitus ipsi concessum condecoretur. Traditum enim est neque negari poterit, eum qui majori imperio gaudet, plurimis curis esse implicatum: quare etiam imperator tanto studio et meditatione et labore opus habuit, ut ne tota quidem nocte dormire potuerit.

3. Jam vero si quilibet homo, et in primis virtutis studiosus, rerum terrestrium dominus est, conetur sui ipsius solius, id est, ut vetus proverbium ait, nullius curam gerere; sed reliquorum quos Deus ei subiecit, neque desideret sine labore ac studio virtutis compos fieri, spe vana deceptus ad instar illorum qui somniis confidunt et cupita jam sibi adesse autemant: sed potius animum advertat ad illum veterem philosophum, qui, ut illuderet iis qui bonis quidem frui desiderant, sed labore desiderata acquirere recusant, fabula quadam de mollitie excogitata tempus olim fuisse dixit, quo victima vivens, carnes autem coctæ assatæque ad mensas accubant hominum in beatissimis habitationibus feliciter degentium, liquorum porro dulcium torrentes velut ad nutum desiderantium affuebant, aves quoque deliciosæ mensarum accubitoribus advolantes, totæ ad esum idoneæ illorum ori sese immittebant, pisces denique se ipsos assantes, ubi igni admoti ex una parte tostati essent, sua sponte in alteram partem se convertebant, quo facto mensis jam aptæ, impetu gratuito provoluti convivis se offerebant, adeo ut illius ævi homines sine omni labore deliciis sponte affluentibus abundarent.

4. Hæc sapiens ille retulit, lepores imitans musæ Ascraeæ (uti facile quis intellexerit), siquidem illa eodem modo quo artifex peritus aurum conflare et in diversas formas diducere novit, antiquum hominum genus tanquam aureum representavit. Et hoc quidem ab initio fuit. Postea autem illud ad argenteum depressit, et iis qui tunc viverent, mortem dixit fuisse dulcem, somni similem, vitæ suavi ac laborum dolorumque experti insectam. Dum autem sapiens ille hanc fabulam lepide enarravit et aures demulsit ad somniandas omnis generis delicias, haud male, opinor, traduxit illos qui frustra os diducunt, et in-

cassum sinum aperiant et ambas manus extendunt, ut cibo repleantur, et divitias colligant, et desiderataprehendant nullo labore adhibito.

5. Luctandum ergo nobis est, o fratres, et laborandum, et contendendum, et sudandum, siquidem haud aliter, sed hac sola ratione, ad bona atque honesta pervenire licet. Ad quod probandum profero illud (quamvis minutiarum studiosus videar) a profanis dictum: Nihil succedit sine labore. Et quamvis sexcenta alia habeam (non, velut ostentator quis dixerit, quæ eructem, sed quæ commode referam), lubenter omitto, ut ne ambitionis male opportune vituperium incurram. Cum autem in sacro Scripturæ thesauro peropportune invenerim sanctum characterem quo propheta magnus, sanctissimus David, ut in tabula Sinaitica, descripsit mentem divinam, prælegam vobis verba quibus de viro Deo dilecto dicit: « Laboravit in sæculum, et vivet in finem<sup>1</sup>: » id est, non laboravit quando habuit, sed per omne vitæ tempus: sæculum enim sensu altiori acceptum cujuslibet hominis tempus vitæ designat. Propterea igitur inveniet talis finem bene ac feliciter vivendi, velut si quis ærumnosæ terram exercet aut mare tractat, et ejusmodi laboribus vitæ necessaria sibi comparat, etiamsi eorum quibus opus habet, aliquo careat in posterum, et imprimis quando senectus molesta ingruerit, ubi dulces labores deficiunt et ærumnæ senii importuni incipiunt, quando nimirum octogesimum annum excesserimus, uti David canit. Tunc enim is qui hoc sæculo laboravit, id est tota vita, primum ætate juvenili, deinde virili, denique senili, qua nervi laborantium remittuntur, is, inquam, vivet in finem utpote qui, quæ cum labore acquisivit, in vitam deposuit futuram, non formicarum instar quæ de anno in annum laborant ut vivant, sed quemadmodum decet hominem domini vel regis more viventem, et qui ab ipso Deo in hoc constitutus est fastigio.

6. Cum autem loquimur de virtutibus quibus qui in sæculum laborat, in finem vivet, necessario addemus beneficentiam et veram amicitiam. Qui enim cum Dei amore et perpetuo laborat, et ita dignus fit beneficiis Dei qui omni carni nutrimentum suppeditat, is sane, siquidem pro viribus communicat indigentibus, et amicis necessaria donat, inveniet illinc quibus in senectute vitam sustentet, quoniam illi ipsi quorum necessitatibus prius succurrit, ipsi necessaria retribuent et, quantum fieri potest, officio suo erga eum fungentur, honestosque se exhibebunt et gratiam referent. Jam vero si forte boni memoria ex illorum mente dilapsa fuerit, Deus tamen qui abunde distribuit, qui amicitie arbiter et beneficiorum nostrorum retributor existit, non permittet ut ille non in finem vivat, uti Propheta ait, sed remunerabitur et præ-

ως και ἐμπαγεῖν εἰς κόρον, και πλοῦτον κατακολλήσασθαι, και δράξασθαι τῶν ποθομένων διχα κοπιήματος.

ε'. Μοχθητέον οὖν, ὡ ἀδελφοί, και κοπιητέον, και πονητέον, και ἰδρωτέον ἐπ' ἀγαθοῖς, ὡς μὴ κατά τινα τρόπον ἕτερον, ἀλλὰ τοῦτον δὴ και μόνον περιγενησομένοις ἡμῶν τοῦ κατορθοῦν τὰ καλὰ. Και παραγαγεῖν μὲν εἰς μαρτυρίαν τὸ « μὴδὲν εὐτυχεῖν ἄνευ πόνου, » εἰς τοσοῦτον στενολεσχῶν, παράγω οἷα ἐξωτερικόν. Μυρία δὲ και ἄλλα ἔχων (οὐ, καθὰ τις ἂν περιαιτολόγος ἐρεῖ, ἐξερεῦξασθαι, κατ' εὐπορίαν δὲ προβαλέσθαι), ἀφήμι ἀπολεγόμενος τὸ ἀκαίρως φιλότιμον. Καίριως δὲ τοῦ ἰσρωτάτου γραφικοῦ θησαυροῦ ἀναλεξάμενος ἕγιον χαρακτηρῶ, ἐν ᾧ προφήτης μέγας και ὑπερβάλλον ἅγιος ὁ Δαυὶδ ἐξετυπώσατο νοῦν θεῖον, ὅσα και ἐν Σικαϊκῇ πλακί, ἀναγνώσομαι ὑμῶν διαλαμβάνοντα ἐκείνον περὶ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς, ὡς και « Ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, και ζῆσται εἰς τέλος, » ὅπερ ἐστὶν ἔκοπίασεν οὐ τυχὸς τως, ἀλλὰ ὄλην τὴν κατ' αὐτὸν ἐν βίῳ ζωὴν « αἰὼν » γὰρ ὠμολόγηται σεμνότερον λέγεσθαι και « ὁ χρόνος » τῆς ἐκάστων ἀνθρώπων ζωῆς. Οὐκοῦν δι' αὐτὸ τέλος ὁ τοιοῦτος εὐρήσει τὸ και εἶ ζῆν και μακαρίως διὰ βίου περιεῖναι, ὅμοιον ὡς εἰ και κυπτόμενός τις ἔκκοπος παρὰ γῆν, ἢ πονούμενος περὶ θάλασσαν, πορίσεται τοιοῦτοις μόχθοις ἑαυτῶν τὴν ζωὴν, ὡς και αὐτὸν τι τῶν δεόντων αὐτὸν ἐπιλιπεῖν τοῦ λοιποῦ, και μᾶλλον, ὅτε τὸ γῆρας ἔγκρατώς αὐτοῦ ἀμφήσεται, περὶ ὁ οὐντελοῦνται μὲν οἱ γλυκεῖς ἐργατικοὶ πόνου και κόποι, ἐνάρχονται δὲ οἱ τῆς ἀργαλίας γηραλεότητος, οἱ μετὰ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη, ὡς ψάλλει Δαυὶδ. Τότε γὰρ ὁ τὸν αἰῶνα τοῦτον πονήσας, ἤγουν τὴν κατ' αὐτὸν ὄλην ζωὴν, πρώτην τὴν νεωτερικὴν, εἶτα τὴν ἀκμαίαν, και ἐφεξῆς τὴν ὠμογεροντικὴν, μεθ' ἣν ὑποχαλᾶται τὰ νεῦρα τοῖς κάμνουσι, ζῆσεται διὰ τέλους, οἷς προεπόνθησεν, ἀποθέμενος εἰς βίον αὐτὰ, οὐ κατὰ μύρμηκας, οἷπερ εἰ ἐξ ἔτους εἰς ἔτος πονοῦνται, και οὕτω ζῶσιν, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπων ἐπιπρέπει βιοῦντι δεσποτικῶς, εἴτ' ὁσὶν βασιλικῶς, ὡς και πέπλασται πρὸς τοῦ Θεοῦ.

ς'. Συνεισακτέον δὲ τοῖς τρόποις, δι' ὧν ὁ εἰς τὸν αἰῶνα κοπιήσας ζῆσεται εἰς τέλος, και τοὺς ἐξ εὐεργεσίας και τοὺς ὀρθῶς φιλικούς. Ὁ γὰρ κοπιῶν θεοφιλῶς ἅμα και διηνεκῶς, και ποριζόμενος οὕτω τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὅς δίδωσι τροφήν πάση σαρκί, και δὲ και ὁ μεταδιδούς τῶν εἰς χρεῖαν τοῖς αὐτοῦ δεομένοις, ὡς δύναμις, χορηγῶν δὲ και φίλοις τὰ καθήκοντα, εὐρήσει κἀντεῦθεν ἐν τῷ γῆρα χορηγίαν τοῦ ζῆν, αὐτῶν ἐκείνων, οἷς τὸ δέον ἐχορήγει, ἀνταποδιδόντων τὰ δέοντα, και ἀναπληροῦντων εὐδιακρίτως τὸ δέον ἐν αὐτῷ, εἴ γε και δύναιντο, και εὐγνωμοσύνην φυλάττοιεν, ὡς και ὄφλιν χάριτας. Εἰ δὲ και ἴσως ἐξ ἐνείνων ἢ τοῦ καλοῦ μνήμη ἀποπετασθεῖη, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δανειζομένου, τὰ κατ' εὐπορίαν, ὅς και τῆς φιλίας ταμίης και ἀνταποδότης τῶν ἐν ἡμῶν ἀγαθουργιῶν πέφηνεν, οὐν ἀφιέντος αὐτὸν μὴ ζῆν εἰς τέλος, ὡς ὁ Προφήτης ἀπεφθέγγετο ἀλλὰ

<sup>1</sup> Psal. xlviii, 9.

καὶ ἀποδιδόντος, καὶ τῶ κεφαλαίῳ προσεπιβάλλοντος, ὡσεὶ καὶ τόκον ἀπετίνυσεν. Ἄνύσας γὰρ ὁ φιλεργὸς δι' ὅλου τοῦ κατὰ τὴν ἐπίκηρον, καὶ οὕτως εἰπεῖν, ἐπίκαιρον καὶ ἐφήμερον αὐτοῦ ζωὴν αἰῶνος, ὅπερ ἄφειλεν τῷ καὶ παμπλουσίῳ καὶ ἀψευδεστάτῳ δεσπότῃ Θεῷ, καὶ τὴν ἔγκοπον πληροφορήσας ἐργατείαν αὐτοῦ, ἐν τῷ τέλει ἀναπαύσεται· καὶ οὐκ ἀποδίσσεται ὁ καιρὸς κόπος αὐτῷ εἰς τι κακόν, οἷα συγκοπτικὸς, ἀλλὰ ζήσεται δίχα δηλονότι κόπου, ὡς τοῦ κοπιῆν μὴ ἐνταττομένου εἰς ἀκραίφνην ζωὴν, ἀλλὰ ὕγεια ἐγκοπτικῆν.

Ζ'. Οὕτω δὲ τὴν ἐκτεθειμένην ψαλμδικῶς ῥῆσιν ἐπελθὼν ταπεινότερον, ἐθέλω καὶ ἄλλως αὐτὴν ἐξεργάσασθαι ὑψηλότερον. Ἐχει μὲν γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνο φλύως τὸ προῤῥηθέν· οὐκ ἂν δὲ, αὐτοῦ ἐγκοσμίου ὄντος, λελείψοιτο εἰς ἐνάρετον ἔννοιαν οὐδὲ τὸ δεύτερον, τῷ ἐκείσε κόσμῳ ἄφωρισμένον, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐχόμενον. « Ἐκὶ ἐκοπίασε, » φησὶν, « εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς τέλος. » Καὶ τῶς προληπτέον, ὅτι αἰῶνα μέλλομεν ἄρτι νοῆσαι οὐ τὸν παρ' ἡμῖν τοῖς κατὰ σῶμα θνητοῖς, τὸν τῆς ἡμετέρας ζωῆς, τὸν ἀπόνως μετρητὸν, τὸν βραδίως ἀριθμητὸν, τὸν καὶ ἀόριστον καὶ τελειούμενον, τὸν πρόσκαιρον, εἰ καὶ χιλιοστός ἐγγὺς παρεκταθήσεται· ἀλλὰ τὸν ὕστερον, τὸν ὄντως ἄπειρον, τὸν ἀμέτρητον, τὸν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὧδε βραχυβίους, ἀνθρώπους, τὸν μὴ τῷ κόσμῳ σύμμετρον, μόνῳ δὲ τῷ Θεῷ ἀρροστέμενον, καὶ τῇ κατ' ἐκεῖνον ἀπειρίᾳ συμπαρεκτεινόμενον, τὸν μέλλοντα, τὸν ὄγδοον, τὸν ἀκατάπαυστον καὶ ἀτελεστάτον, καὶ δι' αὐτὸ τέλος ὠνομασμένον, ἐνδελεχέστατον αὐτὸ πάντως, καὶ οὐ ἐπέκεινα καὶ μεθ' ὃ τέλος οὐκ ἔστιν ἄλλο, ἵνα τις λέγῃ, μηδὲ καὶ τέλος εἶναι, ὡς οὐδὲ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

η'. Τούτων δὲ οὕτω προειλημμένων, ἐπιβλητέον τῇ ἐκτεθειμένῃ Δαυϊτικῇ προφορᾷ καὶ οὕτως. « Ἐκοπίασε, » φησὶν, οὐχὶ ὁ ἀπλῶς, ἀλλὰ ὁ ἐνάρετος ἀνθρώπος, οἷα καὶ εἰς τινα προβεβλημένον σκοπὸν, τὸν αἰῶνα ἐκείνον τὸν ἄπειρον, οὐ πρὸς τὸν ἐνταῦθα δηλαδὴ τὸν πεπερασμένον ἀποβλέπων, καὶ οὕτω κοπιῶν διὰ μόνην τὴν κάτω ζωὴν, καὶ τὰ ἐντεῦθεν κοπιῶν καλῶς, πρὸς ἐκεῖνον δὲ καὶ μόνον τὸν ὕστερον, καὶ πρὸς μόνον τὰ ἐκτὶ ἀπευθύνων ἑαυτὸν καὶ τυπούμενος. Πῶς δὲ τοῦτο κατορθῶν; ἐν τῷ παραμετρεῖν αἰῶνα στενὸν τοῦτον αἰῶνα πλατυτάτῳ ἐκείνῳ, καὶ ζωὴν καιρικὴν, τὴν ἐν τοῖς ὧδε, ζωὴν ἀλήκτῳ τῇ ἐκτὶ, καὶ οὕτω κατὰ κόσμον παρατιθεῖναι τὰ ὑπερβόσκημα, καὶ ἀνταλλάττεσθαι τούτων ἐκεῖνα. Διὸ καὶ κοπιῶν εἰς τοιοῦτον αἰῶνα, ζήσεται εἰς τέλος ἀλήκτων, εἰπεῖν δὲ προσφυῶς καὶ προσῆκον [καθηκόν (1)] καὶ ἀληθῶς, ἐντελεστάτον, καὶ ὡς εἵπομεν, τελειότατον. Καὶ τοιόνδε μὲν καὶ τόδε, καὶ γίνετο καλῶς ἔχειν καὶ αὐτό.

θ'. Εἰ δὲ τὸ δις τὰ καλὰ προσαυξητέον ἀρμοζόντως, καὶ εἰς τὸ τρίς ἐπιβλητέον καὶ τινι τρίτῃ ἐξηγήσει τοῦ Δαυϊτικοῦ ῥήτου ἐχόμενά πως καιμένα τῆς προσεχούσας, καὶ ῥητέον ἐν πρώτοις, ὅτι μυστηριωδέ-

ter summam principalem etiam fenora reddet. Homo enim qui per totum hujus caducæ brevissimæque vitæ tempus quæ Deo ditissimo veracissimoque debebat peregit et, quamvis fatigatus, activitatis laboriosæ studiosus fuit, in finem requiescet, neque labor hujus vitæ in malum ei cedit, ut qui vitam interrumpat, sed vivet nimirum sine labore, siquidem labor et ærumnæ quæ sanitati officiant ad puram vitam non transferuntur.

7. Postquam autem hunc Asalmi locum sensu humiliori exposui, jam altiori quoque eundem explicare lubet. Ac bene quidem habent quæ hucusque disseruimus, quamvis hanc terram respiciant : sed quæ jam, utpote æternam vitam spectantia et hanc terram despicientia, prolaturi sumus, priori illi sensui haquaquam cedent. « Laboravit, inquit, in sæculum, et vivet in finem. » Præmonendum autem videtur nos jam non accepturos esse sæculum tanquam tempus nobis mortali corpore indutis ad vivendum concessum, sine labore commensurandum, sine negotio numerandum, incertum et finibus circumscriptum, brevissimum, quamvis ad mille annos excurrat : sed posterius, revera infinitum, incommensurabile, neque nobis brevissimo vitæ spatio circumclusis, neque mundo adæquatam, sed solo Deo adaptatum et ejus infinitati congruum, futurum, octavum, incessabile et interminabile, et propterea « finis » appellatum, in æternum duraturum, ultra et post quod non alius habiturum esse jure quis dixerit.

8. His præmonitis ad laudatum Davidis locum aggrediamur. « Laboravit, » inquit, non simpliciter, sed homo virtutis studiosus, respiciens nimirum ad scopum propositum, sæculum illud infinitum, non ad hujus vitæ limitibus restrictum, aut laborans ob hanc solam vitam terrestrem ejusque bona fugienda, sed ad illam tantummodo vitam secundam et quæ eam concernunt se dirigens atque componens. Quomodo autem hoc assequitur? Comparando nimirum hoc sæculum coarctatum cum sæculo illo latissimo, et vitam quam hic degimus brevem cum illa vita nunquam cessatura, et componendo mundana cum supramundanis, et hæc cum illis permutando. Cum igitur ad tale sæculum pertingere adnititur, vivet in finem infinitum, vel, ut verius congruentiusque loquamur, perfectissimum et, uti supra diximus, omnibus numeris absolutum. Sic secunda habet explicatio, et ulinam etiam bene habent!

9. Si autem secunda interpretatio commendatur, consequenter eadem via procedendum erit et tertia elati Davidici explicatio promenda quæ cum antecedente arte cohæret. Ante omnia notamus

hanc tertiam expositionem sensu mysterii pleno accipiendam esse atque illam attingere doctrinam reconditiorem quam de retributione bonorum hujus vitæ operum æterna et de ultione peccatorum dum hic vivimus commissorum accepimus. Disceptatum enim est, cur Deus illum qui hoc in mundo peccata limitata admittit, in æternum puniat. Ad hujus quæstionis solutionem sapientissimus Dei Psaltes in loco modo memorato alludit, et indirecte saltem et secundum sensum profert explicationem cui nemo Christianus firmiter obloqui conabitur. Sensus autem Psaltæ hic est: Bonum et virtuti studentem hominem propter vitam licet brevissimam virtuti consecratam adepturum esse bona æterna, utpote qui laboribus et luctis, ob spem illius vitæ inconcussam, carnem mortificaverit. Et sic conclusione philosophica et ratione ex opposito deducta illam quæstionem controversam solvit, supponens quod justus homo in præsentis vitæ humanæ sæculo occupatur, non uti fors tulerit (hoc enim vix ullius foret pretii), sed admodum ærumnose et cum multo et perseverante et continuo et exclusivo et, ut ita dicam, unico et æterno labore, siquidem per totam vitam sine intermissione luctatur.

10. Non enim dixit, Laboravit certis interstitiis, alio tempore et alio, sed, semel laboravit in æternum, hoc est convenienter vitæ tempori ei in hac terra concesso. Quoniam igitur per totam hanc vitam Deo placuit, jure meritoque vivet etiam in finem, id est in omne tempus et usque ad profunditatem sæculi infiniti, cujus finis est infinitas. Propterea enim quod est finis omnino stabilis et immutabilis, nullo limite aliarum rerum instar circumscriptus, ideo homo perfectus assequi contendit illud quod est sæculum sæculorum, cujus limites omnem mentem excedunt, quodque sæcula præterlapsa in æternum concludit et sic cæteris terminum imponit, ut veluti sigillum eis imprimat. Et hoc quidem addecet Deum, nimirum ut gratiam dignam pro gratia rependat ei qui ipsum vere semperque dilexit, et sæculum infinitum reddat pro hujus mundi sæculo, in quo cultor ipsius laboravit, sæculum, inquam, infinite supra humana elatum, ipsique proprium, lege amicitiae quæ bona amicorum communia esse jubet.

11. Jam si hoc sic se habet (quod addubitari non potest), consequenter ex opposito demonstrabitur hominem qui non laboravit in sæculum neque vivere in finem sancti instar, sed vitam ipsius prorsus diversam illique contrariam fore. Si enim ille æternum vivit in bonis ob animam immortalem, hic e contra, peccator nimirum, alio modo vivit in non bonis, in æternum tamen ob animam identidem morti non subjectam. Est autem, ne longus sim, sensus fere hic: Justus per totam vitam in hoc mundo transactam laboravit, ergo illic vivet felicitate cum Deo fruens æterna; ille autem qui non eodem modo vitam moresque composuit,

στέρα ἢ τρίτη κατ' ἔννοιαν ἐπιβολή, ἐχομένη καὶ μυσταγωγίας, ἦν περὶ τῆς αἰωνίου καὶ ἀναταποδότηως τῶν ἐν βίῳ ἀγαθῶν καὶ ἀντιδόσεως τῶν ἐν τῷ βίῳ σφαλμάτων παρελάβομεν. Ἐπόρηται μὲν γάρ, διατὶ ὁ Θεὸς ἀτελεύτητα κολάζει ἐκεῖ τὸν ἑπταικότα ἐν τῇ κατὰ κόσμον ἀναστροφῇ μετρητά; Τοῦτου δὲ λύσιν ὑποκρούμενος ἐν τοῖς ἄρτι ὁ πάνσοφος τοῦ Θεοῦ Ψάλτης, προβάλλεται νῦν λυτικόν τινα λόγον ἐπιχειρῶν ἐκ τῶν πρόβρωθεν, κατ' ἔννοιαν, ἣ οὐδεὶς Χριστιανὸς ἐπιχειρήσει ἀντιπαλαίσειν εἰς ἀκατάβλητον. Ἔστι δὲ τοιοῦτος ὁ νοῦς τῷ Ψαλμῶδῳ λέγει τὸν ἀγαθὸν καὶ ἐνάρετον ἄνθρωπον διὰ τὴν πρόσκαιρον βιοτὴν αὐτοῦ καὶ ἀρετὴν ἀπολήψασθαι ἀγαθὰ αἰώνια, νεκρώσαντα κόποις καὶ πόνοις τὴν σάρκα διὰ τὴν σταθερὰν ἐλπίδα τῆς ἐκείσε ζωῆς. Καὶ οὕτω φιλοσόφῳ διαθέσει καὶ κοινωνίᾳ ὡς ἐξ ἐναντίου τοῦτου θέματος λύει ἐκεῖνο τὸ ἀντίθετον ἄπορον, νοῶν, ὅτι ὁ δίκαιος ἄνθρωπος ἀσχολεῖται εἰς τὸν παρόντα αἰῶνα, τὸν τῆς κατ' ἄνθρωπον ζωῆς, οὐ μόνον ὡς ἐνδέχεται (οὐδὲν γὰρ μέγα τὸ οὕτως εἰπεῖν), ἀλλὰ εἰς λιαν ἐπιπόνως καὶ μετὰ πολλοῦ κόπου καὶ διηνεκοῦς καὶ συνεχοῦς καὶ ἐπιμόνου καὶ ὡς οἶον ἐνιαίου καὶ οὕτω πως αἰωνίου, διὰ τὸ ἀδιακόπως ἐν πάσῃ τῇ αὐτοῦ ζωῇ πονεῖν.

ι'. Οὐ γὰρ ἐκοπία, φησὶν, ἐκ τινων διαλειμαμάτων, ἀλλοτε καὶ ἀλλοτε, ἀλλὰ καθάπαξ ἐκοπίασεν εἰς αἰώνιον, ὃ ἐστὶν ἀναλόγως τῷ ἐπιμεμετρημένῳ αὐτῷ ἐνταῦθα αἰῶνι. Ἐπεὶ οὖν ὄλον τὸν αὐτοῦ αἰῶνα τοῦτον θεαρέστως ἐζήσε, δικαίως ζήσεται καὶ « εἰς τέλος, » ἦγουν διὰ παντός, καὶ μέχρι βήθους ἀπείρου αἰῶνος, οὐ πέρας οἶον ἀπειρία. Καὶ τὸ αὐτὸν ὄλωσ εἶναι μόνιμον τέλος, καὶ μὴ ἔχειν ἀκατάπαυσιν ὡς ἕτερόν τι, πέφυκε τελειούμενον δευτερεύειν μετ' αὐτὸν, αἰώνων ὄντα αἰῶνα, οὐ πέρας οὐδ' ἂν ἐπινοήσῃται τις, καὶ τέλος αἰώνων τῶν πρὸ αὐτοῦ, ἀκατάπαυστον δέ· οὕτω περατοῦντα τοὺς ἄλλους, ὡσεὶ καὶ σφραγὶς αὐτὸς ἐκείνοις ἐπέτακτο. Καὶ ἔστι τοῦτο πρέπον τῷ Θεῷ, τὸ χάριν δηλαδὴ ἀντιχάρτιος ἀξίαν ἀποδοῦναι τῷ αὐτὸν ὀρθῶς ἕως ὄλον ἀγαπήσαντι, καὶ αἰῶνος ἀντιδοῦναι αἰῶνα τοῦ κατὰ κόσμον, ἐν ᾧ ἐκοπίασεν ὁ αὐτοῦ θεράπων, τὸν ὑπὲρ τὰ τοῦ κόσμου τοῦ ἀνθρωπίνου, τὸν ἑαυτοῦ, νόμῳ φιλίας, ὃς κοινὰ τὰ τῶν φίλων τίθεται.

ια'. Εἰ δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει (ἔχει δὲ οὐκ ἄλλως), εὐλογόν ἐστὶν, ὡς ἐξ ἐναντίου τόπου ἐπιχειρήσαι, τὸν μὴ κοπιῶντα εἰς τὸν αἰῶνα μηδὲ ζῆν εἰς τέλος, τὸ κατὰ τὸν ἄγιον ἄνθρωπον, ἀλλὰ ἀνάπαλιν ἐκείνῳ τὰ εἰς ποιότητα ζωῆς. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος ζῆ αἰωνίως ἐν καλοῖς διὰ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον οὖσαν, ὁ λοιπὸς ἄρα, ὁ ἀμαρτωλὸς δηλαδὴ, ἐξήσεται ἄλλως μὲν ἐν οὐ καλοῖς, αἰωνίως δὲ ὅμως, διὰ τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἀνάπαλιν μὴ ὑποκίπτουσαν. Καὶ ἔστιν ἡ τοιαύτη ἔννοια, ἐπιτόμως φάναι, τοιαύτη τις ἐκοπίασε τὴν αὐτοῦ ὄλον ζῶν ὁ δίκαιος ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ζήσεται οὖν ἐκεῖ κατὰ Θεὸν ἀπολαυστικῶς εἰς αἰώνιον· ὁ δὲ μὴ κατ' αὐτὸν βίους ζήσεται μὲν πάντως, ἄλλως μόντοι,

πόνους δηλονότι ἔχων, καὶ ὀδυνώμενος αὐτὸς βαρέως οἷς τε κολάζεται καὶ οἷς βλέπει τὸν δίκαιον μὴ συγκοινωνοῦντα ζωῆς μακρᾶς τὸν ὅμοιον αὐτῷ τρόπον, ἀλλὰ ἐν ἀγαθοῖς ὄντα, ὁποίοις χαίρουσιν ἄγγελοι· ὀπηνίκα, τὸ γε εἰς ἐκεῖνον ἦκον, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐθέλοι ζωὴν ἐπιμήκη, ἀλλὰ τὸ θνητόψυχον ἔλοιτο ἂν ἐπὶ ἀπαλλαγῆ αἰωνιζούσης ποινῆς· ὥστε δικαίως καὶ ἡ ἀπόβλασις καὶ ἡ κόλασις, περὶ ὧν ὁ λόγος ἄρτι. αἰώνιοι ἔσσονται· καὶ καθὰ ὁ τῆς ἀρετῆς χρηματίας ἐν βίῳ τρώφιμος, ὀπηνίκα ὁ κόσμος ἔσχεν αὐτὸν. αἰεῖ ἔσται τοῦ ὑπερκοσμίου ἐκεῖ τρυφῶν, οὕτω καὶ ὁ ἀπύτροφος, οἷς οὐκ ἔχρησεν, πάντοτε κακῶς ἐκεῖ πάσχων, οὐκ ἂν, οἶμαι, οὐδὲ ὀφθαλμὸν ἐπιβρίψαι τολμήσῃ τῷ χωρίῳ τῆς τρυφῆς. Τῇ γὰρ καθ' ὄλον τὸν ἐνταυθα αἰῶνα καὶ ἡ ἐκεῖ ἀντίδοσις ἐχομοιώσεται· αἰωνία δὲ ἡ ἐνταυθοῖ, ἄρα οὖν αἰωνία καὶ ἡ ἐκεῖ.

ιβ'. Καὶ ἔστιν ἡ ἀνάλογον εὐλογία τῆς ἐννοίας τοιαύτης· ὁ εἰς αἰῶνα κοπιᾶσας εἰς αἰῶνα ζήσεται, ἵνα κόποι αἰῶνος, ὃν ἐνταυθοῖ ὥρισε προγόνους ὁ θεὸς τῷ ἀγαθῷ ἀνθρώπῳ, αἰῶνι παρατεθήσονται ἀντιδόσεως τῆς τοῦ αὐτοῦ ἀνθρώπου ζωῆς· καὶ ἀνάπαλιν ἀναγκαίως ὁ ἐβόρστωνευμένους ἐν ὄλῳ τῷ αἰῶνι τοῦτω ἀνθρώπος εἰς τὸν ἐκεῖ αἰῶνα ζήσεται μὲν, οὐκ ἂν δὲ καθὰ ὁ δίκαιος, ἀλλὰ ὡς οἷα νεκρὸς αἰῶνος ἐκείνοκ λογισθήσεται. Καὶ τις ἐπ' αὐτῷ εἴποι ἂν, ὡς καλὸν ἦν, εἰ μὴ ὡς ἐγεννήθη ὁ ἀνθρώπος ἐκεῖνος εἰς τὸν κόσμον· προσθήσει δὲ, ἀναλεξάμενος ἐκ τοῦ ἀγιωτάτου Εὐαγγελίου, ἐπὶ ἀμφοῖν τοῦτον ἀνθρώπον, τῷ τε δι' αἰῶνος κοπιᾶσαντι καὶ εἰς τέλος ἐπ' ἀγαθοῖς ζήσοντι, καὶ τῷ ἑτεροίως διεκπεσομένῳ, ὅτι δικαίως ὁ μὲν ἐπὶ ὀλίγα τὰ ἐνταυθα πιστὸς πολλαπλασιάσει ἐς ἄβύρτον τὴν ἐν καλοῖς ἐκείσε κτάσασιν, ὁ δὲ ἐπὶ ὀλίγα ἐκεῖνα τὰ ἐν τῷ βίῳ πονηρευσάμενος ἐπὶ οὐδενὸς καταστήσεται.

ιγ'. Ἴνα δὲ ἀπὸ ἀγαθῆς ταύτης, οὐ παρεκβάσεως εἴποιμι ἂν, ἀλλ' ὡς οἶον ὁδοῦ σχιστῆς ἐπὶ ἐναρέτῳ διατριβῆ, ἐς τὸ προτεθειμένον ἐπανακάμψωμεν, ὁτιον ἡμᾶς ἀπὸ τὰ διὰ ταῦτα καὶ πόνους, καὶ μοχθητέον, ὡς ἐπιτρέπει ἀνθρώποις (ἐπεὶ οὐκ... ἄνεσις καὶ ἀνάπτωσις, οὐδέ τις καθεύδων οὕτε τρώπιοιον ἐγείρει... ἐνεργῶν... εἰρηνικὰ διοικονομούμενος, ἀγαθὸν κατορθοῖ), καὶ κοπιᾶτέον οὐχ ἀπλῶς, ὥστε ἀποζῆν βιωτικῶς (τοῦτο γὰρ ἄκοντες ποιήσομεν, κἂν μὴ βουλομένοις ἡμῖν εἴη, καὶ φερεπονήσομεν πάντως, ἵνα μὴ καὶ ἡμῖν ἔμπορος ἡ λιμὸς γένηται ἀεργοῖς μένουσιν), ἀλλ' ὡς καὶ τῷ Θεῷ ἀρέσκειν, καὶ αὐτίκα εὐλογεῖσθαι καὶ ἡμᾶς καὶ... τὰ ἔργα ἡμῶν, καὶ κόπον τοῦτον ἐπὶ εὐαρεστήσει Θεοῦ πόνοις εἶναι συνέριθον βιωτικοῖς, ἀρμόττοντα ἕνα ἐκεῖνον καὶ μονεῖδῃ τοῖς ὄλοις, ὧν οὐκ ἔστι· διὰ βίου ἡμᾶς ἀπαλλάττεσθαι. Καὶ μηδεὶς τῶν ἐν κόσμῳ ὄντων, καὶ γυναικὶ καὶ πραγμάτων τύρβαις ἐμβλέπων, ἀδελφοῖς τοῖς ἔξω γενομένοις κόσμου καὶ βίου, λεγέτω μὴ ἐνευκαίρειν αὐτὸς κόποις τοῖς διὰ τὸν Θεόν. Ἀλώσεται γὰρ ὁ τοιοῦτος ἀμθουὸς λογισμοῦ, καὶ μὴ προσέχοντος οἷς λέγομεν. Ἄνεσις γὰρ ἐφ' ὁμῶν κολάζομεν, οὐκ ἐπίτασιν ἐπιτάσσομεν· ἀνά-

A vivet quidem, sed prorsus aliter, laboribus nimis implicitus et graviter dolens quatenus pœnis subjicitur et videt justum non ejusdem cum ipso vitæ longæ participem, sed in bonis versantem quibus angeli gaudent, ita ut, quantum penes ipsum est, nolit vita longa frui, sed æternæ pœnæ præferat animæ mortem. Jure meritoque igitur retributio et pœna, de quibus modo sermo fuit, æternæ erunt; et quemadmodum ille qui, quandiu in mundo fuit, virtuti operam navavit, illic æterna felicitate supermundana fruetur, ita is qui, quod non debuit, virtutis studium neglexit, illic in æternum infelix erit, adeo ut, e mea quidem sententia, ad beatorum sedem ne oculum quidem attollere audeat. Vitæ enim quam per totum hic sæculum gessit, illic retributio adæquabitur: fuit autem hic non interrupta, ergo illic quoque in æternum durabit.

12. Est autem sensus illius dicti hic: Qui laboravit in sæculum vivet in sæculum, ubi labores sæculi quod Deus prævidens bono homini destinavit, sæculo retributionis ita adaptabuntur, ut ejusdem hominis vitæ respondeant; e contrario autem ille qui in toto hoc sæculo negligens fuit, necessario in illo quoque vivet sæculo, non tamen eodem modo quo justus, sed tanquam mortuus illius sæculi reputabitur. Quare de eo dixerit quispiam: Quam bene haberet, si homo ille hujus mundi lucem non conspexisset! et, secundum sanctissimi Evangelii effatum, de duobus istis hominibus, quorum alter in sæculum laboravit et in finem bonorum abundantia perfruetur, alter autem e contrario a scopo aberravit, insuper addiderit quod jure meritoque qui hic super paucis fidelis fuit, in altera vita bonorum scopia infinita abundabit, qui autem in hac vita pauca illa mala neglexit, super nihilo constituetur.

13. Ut autem ab hac utili, non dicam excursionē, sed velut bipartita via ad honestam conversationem ducente, ad scopum propositum revertamur, in labores hanc ipsam ob causam incumbere et studiosè contendere debemus, uti homines addeet (siquidem non... languor et relaxatio, neque quispiam dormiens tropæum erigit... operans... pacifica administrans, bonum perficit), neque simpliciter allaborare ut vitæ sustentandæ prospiciamus (hoc enim et invitī ac quasi nolentes faciemus, atque omnino operam dabimus ne, si ignavia nos dederimus, fame pereamus), sed ut etiam Deo placeamus, ut benedicamur et nos et... opera nostra, et ut labor ille Deo gratus res ad vitam necessarias nobis procuret, utpote qui solus aptus sit et accommodatus omnibus quibus in vita carere non possumus. Neque quisquam eorum qui in mundo sunt et uxoris rerumque terrestrium curam gerunt, fratribus extra vitam mundanam positīs dicat, sese laboribus divinis operam navare non posse. Talis enim et insipiens esse et ad ea quæ nos dicimus, animum haud advertere convincetur. Relaxationem enim in vobis punimus, non conten-

tionem postulamus; languorem vetamus, non continuam intentionem imperamus; effeminate dormientem expergefecimus, non requiescentem ejicimus. Quapropter sinitē monachos luctari et fortiter certare: vos autem remisse, prout poteritis, virtuti ac probitati studete.

14. Sponte illi jugum Domini, interdum grave, in se receptum tollunt: similiter vos quoque portate illud quod, uti Servator noster ait, leve est ac salutare. Ita et vos ipsi, illorum instar, proportionaliter tamen, benedicimini. Expectantes, ut cum Davide loquar, expectant illi Dominum, tanquam columnæ immotæ ejus præceptis innitentes: facite idem et vos, tanquam columellæ firmæ, et sicut illis, vobis quoque aderit Dominus. Laborant illi ad sudorem usque, humectati velut in balneo, atque lacrymis cubilia sua madefaciunt: vobis autem quibus non iidem sudores divinitus concessi sunt (Dei enim dona esse scimus illa scaturientia et per compunctionem pluviam instar delabentia), pro sudore salutari, sufficiet aquæ hilaris poculum infusum in os pauperis ad animi recreationem. Si vero etiam vini aliquid addatur ad cor illius hominis lætificandum, tunc, mi frater, haud amplius opus habebis ita ad summum virtutis culmen aspirare ut cum sudore ores. Dulce enim illud eleemosynæ poculum imputatur tibi pro amaro sudore, et ita potus quem liberaliter miscuisti, accurate compensabit sudorem, et misericordia qua fratrem egenum humectasti, et oculus mitis in illum respiciens et humanitatis lætitiā exprimens, lacrymarum viam ac virtutem habere reputabitur.

15. Si autem præter hunc fontem ocularem etiam ille inferior, os dico, vocem consolatoriam emisserit, et simul cum voce proruperit lacryma, quæ, utpote a manu haud abstersa, in sinum descendit, et hinc quoque fratris consolationem promit, tunc virtus ejusmodi hominis tribus honorum generibus conspicua ac laudanda est, nimirum aspectu leni, colloquio mansueto, actione benefica. Quæ tria ubi possederis, nescio de quibus sudoribus ac lacrymis gloriari possint adhuc qui perpetuis precibus incumbunt et frequenter sese prosternunt, adeo ut etiam te ad genua flectenda permovere velint, ut ipsis ex parte similis fias. Et quid ille qui supra modum... ad continentiam provocans

Α πτωσιν κωλύομεν, οὐ τὸ ἀκατάκαμπτον βιαζόμεθα· ὕπνου τοῦ ὡς εἰς θηλύτατον ἐξεγείρομεν, οὐ τὸν ἀναπαύσιμον ἐξελαύνομεν. Οὐκοῦν ἄφετε τοὺς μοναχοὺς ἀγωνίζεσθαι ἄλλως καὶ συντονίας ἔχουσαι· ὑμεῖς δὲ ὑφειμένως, ὡς ἔγχεσθε. μεταχειρίζεσθε τὸ ἐναρέτως ἀγαθόν.

ιδ'. Αἴρουν ἐθελοῦσοι ἐκεῖνοι τὸν τοῦ Κυρίου ζυγόν, ἔτιν οὐ βαρὺν, αὐτοῖς ἐπικείμενον· ἐπὶ ὁμοίῳ φόρτῳ ἄρατε ὑμεῖς τὸν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἔφη, ἕλαφρόν καὶ χρηστόν· καὶ οὕτω κατ' ἐκείνους, ἀναλόγως μέντοι, εὐλογηθήσεσθε καὶ αὐτοὶ Ἰπομένουσιν ὑπομένοντες Δαυϊτικῶς ἐκεῖνοι τὸν Κύριον, ὅσα καὶ κλονες ἀστραβεῖς ὑφειστηκότες τοῖς ἐκείνου προστάγμασι· ποιεῖτε ταυτὸ καὶ ὑμεῖς, ὅποια στυλίσκοι στραθεροί. Καὶ προσέξει καὶ ὑμῖν ἐκεῖνος, καθὰ καὶ αὐτοῖς. Πονοῦνται αὐτοὶ ἄχρι καὶ εἰς ἰδρώτας ὑγραίνοντες ὡς ἐν λούματι, καὶ βρέχουσιν ἐν δάκρυσι τὰς αὐτῶν στρωμνάς· ἀλλ' ὑμῶν ἐκάστῳ μὴ ἐνδαψιλευμένην θεόθεν ὑγρὰ ἴσως τοιαῦτα (θεοῦ γὰρ παρελήφαμεν εἶναι δῶρα καὶ ταῦτα ἐκβλύζοντα καὶ καταδρεχόμενα διὰ κατανύξεως) ἀρκέσει ἀντὶ μὲν σωτηρίου ἰδρώτος ὕδατος ἰλαροῦ κοτύλη ἐγγεομένη δι' ὑμῶν εἰς πτωχικὸν στόμα ἐπὶ ἀναψύξει τῶν ἐντός. Εἰ δὲ καὶ οἴνου ἐπισταλαχθῆ, ὡς εὐφρᾶναι καρδίαν ἀνθρώπου τοιοῦτου, μηκέτι κοπιήσῃς, ὡ ἀδελφε, οὕτως ἐς ἄκρον, ὡς καὶ ἐνιδρώσαι τῇ προσευχῇ. Ἐλλελόγηται γὰρ σοι τὸ τῆς ἐλεημοσύνης ἐκεῖνο ὑγρὸν τὸ γλυκὺ ἀντὶ ὑφαλμύρου ἰδρώματος· καὶ οὕτω μὲν ἀντισηκώσεις τῷ ἰδρωτί κατὰ σταθμὸν ἀκριβῆ τὸ ἐξ ἐλεημοσύνης κρᾶμα, τῶν δὲ δακρύων σοι τὴν ἀρετὴν ἐκπληρώσει ἐξισωθείσα τῇ κατ' ἐκεῖνον βροχῇ συμπάθεια πτωχοῦ ἀδελφοῦ, καὶ βλέμμα ἰλαρὸν πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἐξ ἐλεημοσύνης γαλήνιον.

